BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 E
3

137.E.3
I
~~II e 42~~
n. D. 25.
MA.

IOANNIS FABRI
IVRISC. SVBTILISSIMI
GALLIARVMQ. CANCELLARII
SVPREMI,

In quatuor Inſtitutionum Libros Commentaria.

DOCTISSIMORVM VIRORVM
ADNOTATIONIBVS ILLVSTRATA:

HAC IN NOVISSIMA EDITIONE QVAMPLVrima, quæ prius mutila erant ſuo priſtino typo reſtituimus, quæ uerò mendosè legebantur, ita diligentiſſimè expurgauimus, vt ſi hac cum prioribus compares facillimè dignoſces.

Cum ſummis ſolitis, ac Index locupletiſsimo.



VENETIIS,
Ex Officina Dominici Farrei. MDLXXXII.

13-7-E-3

INDEX RVBRICARVM HVIVS VOLVMINIS.

A

Actionibvs. 114
Acquiſitione p arrogationem. 78
Ademptione legatorum. 68
Adoptionibus. 16
Aſſignatione libertorum. 77
Attiliano tutore. 21
Authoritate tutorum. 22

B

Bonorum poſſeſſio. 77

C

Capitis diminutione. 20
Codicillis. 71
Curatoribus. 23

D

Diuiſione ſtipulationum. 86
Donationibus. 39
Duobus reis ſtipulandi. 84

E

Emptione, & venditione. 100
Eo cui libertatis cauſa bona addicantur. 80
Exceptionibus. 174
Excuſationib' tuto. vel curat. 25
Exhęredatione liberorum. 48

F

Fideicõmiſſariis hæreditatib. 69
Fideiuſſoribus. 94
Fiduciaria tutela. 20

G

Gradibus cognationum. 75

H

Hæredib. inſtituendis. 50
Hæreditatibus, quæ ab inteſt. deferuntur. 72
Hæredum qualitate, & dñia. 58

I

Iis p quos agere poſſumus. 167
Iis q ſui, vel alieni iuris ſunt. 13
Ingenuis. 11
Iniurijs. 112
Inofficioſo teſtamento. 57
Interdictis. 176
Inutilib. ſtipulationib. 86
Iure naturali gentiũ & ciuili. 6
Iure perſonarum. 10
Iuſtitia & iure. 5

L

Legatis. 60
Lege aquilia. 106
Lege falcidia. 69
Lege fuſia Caninia tollenda. 13
Legitima agnatorum ſucceſſione. 73
Legitima parentum tutela. 20
Legitima patronorũ tutela. 20
Legitima agnatorum tutela. 19
Libertinis. 12
Literarum obligationib. 96
Locatione, & cõductione. 102

M

Mandato. 105
Militari teſtamento. 47

N

Noxalibus actionibus 165
Nuptijs. 14

O

Obligationibus. 80
Obligationib. ex conſenſu. 99
Obligationib. quę ex quaſi contractu naſcuntur. 107
Obligationib. q̃ ex delicto naſcuntur. 109
Obligationib. quæ ex quaſi delicto. 115
Officio iudicis. 183

P

Patria poteſtate. 14
Pœna temere litigantium. 181
Perpetuis & tempor. actio. 172
Per quas perſonas nobis acquiritur. 42
Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. 108
Publicis iudiciis. 184
Pupillari ſubſtitutione. 52

Q

Quibus ex cauſis manumit. nõ licet. 12
Quib. modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. 17
Qui teſtã tutores dari põt. 19
Quib. modis tutela finitur. 23
Quib. alienare licet, vel non. 41
Quib. nõ ẽ pmiſſũ facere teſt 48
Quib. mod. teſtam. infirmẽt. 55
Quib. modis re cõtrahitur obligatio. 81
Quib modis tollit̃ obligatio 108
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate. 161

R

Reb. corpalib. & ĩcorporalib. 35
Replicationib. 176
Rerum diuiſione. 28

S

Satiſdatiõe tutorũ, vel curat. 25
Satiſdationib. 168
Senatuſcõſulto Tertulliano 74
Senatuſconſulto Orficiano
Seruili cognatione. 75
Seruitutib. prædiorum. 35
Singulis reb. p fideic. relic. 71
Si quadrupes pau. feciſ. dicat. 166
Societate. 104
Stipulatione ſeruorum. 85
Succeſſione cognatorũ. 74
Succeſſione libertorum. 76
Succeſſionib. ſublatis. 80
Suſpectis tutorib. vel curato. 27

T

Teſtamentis ordinandis. 43
Tutelis. 18

V

Verborum obligationib. 83
Vi bonorum raptorum. 110
Vſufructu. 35
Vſu & habitatione. 36
Vſucapionibus. co.
Vulgari ſubſtitutione. 51

IOANNIS FABRI IVRISCONSVLTI CLARISS. GALLIARVMQ. CANCELLARII

Supremi in Iuſtinianeas Inſtitutiones Commentaria.

His [] notulis, quæ mutila erant, incluſimus.

SVMMARIVM.

1 *Modum uarie conſiderari. & 2.*
2 *Iuriſconſulto futuro obſeruanda. & 3.*
4 *Materiarum genera.*
5 *Species ex genere concludi.*
6 *Iuris ſubiectum. & 7.*

HOMO natus de muliere, breui uiuẽs tempore, repletur multis miſeriis, aduerſus quas armatur virtutibus, induitur ſcientiis, quæ donum Dei ſunt 16. q. 1. c. reuertimini. Et ſola viuendi ratio optima. ff. de fideic. li. l. apud Iulia. Ideo ſummo opere appetenda. īfra in pe. §. fina. 24. quæſtio. 3. cap. ſi habes. Nam ignorantia ſcripturarum, ignorantia Chriſti eſt 38. diſtinctio. cap. ſi iuxta ea. Et ignorans ignorabitur. 35. diſtinctio. cap. quia ea. Vnde dominus, Quia ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, extra de renun. cap. niſi. Omnis enim ſcriptura, diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguẽdum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus, ſecundum apoſtolum ad Tim. 2. c. Modus tamen adhibendus, ne contra doctrinam eiuſdem Apoſtoli, quis plus ſapiat, quàm ſapere oporteat 43. diſtin. c. ſi rector. §. hinc Paulus. extra de renun. c. 1. lib. 6. & ſecundum eundem, Qui ſe putat ſcire, nondum ſcit, quomodo oporteat eũ ſcire. Modus autem is attendendus eſt, circa multa. Et primò, circa quid. vnde Ber. Vigilantiſsime obſeruate, quid ſcire magis priusve oporteat, tempus enim breue eſt, idcirco tu, qui cum timore, & tremore, tuam ipſius optare ſalutem pro temporis breuitate feſtinas, ea prius ſcire, ampliuſque curato, quæ ſenſeris viciniora ſaluti. Nam ſecundum Senecam, Dementia eſt ſuper vacua addiſcere in tanta temporis egeſtate. Quid enim congeritur ad virtutum cumulum, & in quo excitatur animus ad ſalutem per verborum grammaticalium diligentias, Metrificantium pedes, Logicorum fallacias, Rhethoricorum ornatus, Muſicorum modulos, Arithmeticorum numeros, Geometrarum menſuras, Aſtrologorum diuinationes? potius enim ſunt onus, & ſarcina ad beatitudinem, quam ſubſidium. Vnde Hierony. in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingreditur, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur. xxxvij. diſtin. cap. nonne. Illa enim addiſcenda ſunt, quæ docent honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum unicuique tribuere, ſicut iuris canonici, & ciuilis ſcientia. ff. de iuſti. & iur. l. iuſtitia. § iuris præcepta. & infra de iuſti. & iur. §. iuris pręcepta. & extra in procem. Decret. §. ideoque. Mores informant ff. de admin. tutor. l. eum plures. §. cum tutor. de tuto. & curat. da. ab his. l. ſcire oportet. §. cũ reliquis. C. de profeſ. & medi. l. magiſtros. C. de ſecun. nup. l. 2. ff. de iuſti. & iur. l. i. circã princip. de ritu nupt. l. libertinus. Cupiditates, & nequitias refrę̃nant. in authen. ut iudic. ſine quo ſuffragio. in princip. verſicu. cogitabo, xlvii. diſtinctio. capitu. bonorum. de electio. cap. auaritiæ. & cap. quàm ſit. lib. vi. ff. de euict. l. in creditore. infra de lege fu. can. tollen. dic, ut ibi. Docent pudicitiam, compeſcunt carnis petulantiam, ut in Authen. quibus mod. natu. effi. legi. §. nouimus. ff. & C. de adul. per totum. extra de vi. & honeſt. cler. per totum, & in procemio. §. ſed effrenata. Inſtruunt ſuiipſius fragilitatem cognoſcere in Authenti. ut omnes obed. iudic. prouin. in princip. colum. §. in Authen. de nupt. in princip. Hortantur ad clementiam, & impietatem deteſtantur infra in rubrica ſuper uerbo, pius. Et in ſumma, ad bonum inuitant. C. de nupt. l. imperialis. Et mala puniunt, & execrãtur. ff. de iuſti. & iur. l. i. §. ius. ubi multas concordãtias reperies, ſuper verbo, metu pœnarum. Omne enim ſtudium legiſlatorum eſt, ut homines bene uiuant, in Authen. ut non luxu. con. na. hon. circa princip. & non ſuas perdant animas, eod. titu. §. propter. Vnde ſecundum Senecam. Hoc eſt ſapientię ſublime, cętera vero puſilla, & puerilia ſunt, non tamen dico ea penitus proiicienda 37. diſtin. capitu. legimus. cap. turbat. capi. ſi quis artem, & c. qui de menſa. ſed a limine proſpicienda, nec ea debemus diſcere, ſed didiciſſe, ſecundum eundem. vide infra in rubrica ſuper verbo, cupidæ. Vana enim doctrina eſt, ex qua vitia animarum, aut morũ, non curantur, ſecundum Ioann. Apoſtolum. Vnde Hierony. in originali, torquens de carminibus poetarum, & pompa uerborum, Ibi nulla ſatietas mentis, nulla iuſtitiæ refectio reperitur, ſtudioſi earum in fama uirtutum perſeuerant. Item Bernar. Multi multa ſciunt, ſtulte cognoſce teipſum, quia multo laudabilior, & meliores, ſi teipſum cognoſcis, quàm ſi te neglecto, cognoſceres curſus ſyderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, omnium cœleſtium, & terreſtrium ſcientiam obtineres. Item Baſilius In Homel. ſuper rerum natura Græcorum philoſophi diſputarunt, ſed nullus apud eos ſermo fixus, & ſtabilis habetur, priore ſemper a ſequente deiecto, neque enim opus nobis eſt, quæ illorum ſunt inſinuare, cum ad deſtructionem propriam ſibimetipſi ſufficiant. Item Seneca. in epiſtola vltima ad Lucil. An tu quicquam in his credis eſſe boni, quorum profeſſores turpiſsimos omnium, ac flagitioſiſsimos cernis? Qui autem de liberalibus ſtudiis quærendis iudicauerunt, nec virum bonum faciunt, nec permittunt, nec huius rei ſcientiã affectant. Diſce ergo, cum Hieronymo in procemio Bibliæ propè finem, Tale quid nitaris, quod tecum perſeueret in cœlis. Inſanus etenim eſt itinerans, qui vltra neceſsitatem itineris ſe onerat his, quibus pro noto in termino abundabit. Vnde in vita beati Bernardi legitur, quòd Bernardus apparens cuidam Abbati, dixit. Nulla hic ſcientia, nulla hic Chriſti cognitio, ſurſum ſcientiæ plenitudo, vera notitia virtutus.
a Item attendendus eſt modus, a ad quem finem? ſunt namque nonnulli, qui ſcire, ſcribere, diſputare, & legere volunt, vt ſciant quærentes ſuperare, non proficere, eminere, non ſiſtere, & horum finis, uanitas. Nonnulli, ut ſciant, & horum turpis curioſitas. Non

nulli, vt honores,& diuitias habeant,& horum finis cu-
piditas. Nonnulli,vt ędificent,& horum charitas. Nonnul
li,ut ædificentur,& horum prudentia. Duo vltimi lauda
biles,primi abuſus,& dominationis cumulus. Non tñ ne
go,quin pauper poſsit,& debeat diſcere pro pane lucrā-
do.ff. de orig.iur.l.2.§ primus diuus,verſic.nec huic.extra
de cenſi.c.cū Apoſtolus. Nam ſm Ariſt.iij.Topi.indigē-
ti magis eligendum eſt ditari,q̄ philoſophari.Item atten
dendum eſt,ad quem vſum,nam ſm Pſal. intellectus bo-
nus,omnibus facientibus eum. Vñ ſicut cibus ſementi,
& non indigenti,pernicioſus eſt, ſi ſcienti,& non facien
ti bonum,peccatum eſt illi,vnde Pſal.Deſcendant in in-
fernum viuentes.i.ſcientes,& videntes malum. Vñ Gre-
go.Admonendi ſunt,qui accuſant praua,nec tñ euitant,
vt videant,quia occulta iam retributione iudicii eſt,ꝙ eo
rum mens,malum,ꝙ perpetrat,illuminatur,vt videatur,
ſed non conatur,ut vincat,vtquo melius videt, eo dete-
rius pereat.Diſce ergo,& in te practica,ut bonus fias,&
hæc eſt illa vera ſciētia, q̄ Pſal.requirit bonitatē,& diſci-
plinā,& ſcientiā doce me &c.& per illā cōſequeris bea-
titudinē: de qua idē dicit,Beatus quē tu erudieris, & do-
2 cueris de lege tua &c. † Itē eſt attendendus in docendo
modus. Sunt.n.nonnulli,qui ſe inter quęſtiones, & ſubti
litates gloſſarū,& Doctorum inuoluunt,& tex. deſerūt,
& ignorant. Nonnulli,qui multas leges noiare ſciunt,&
ad aliquod modicū notabile allegare,& tñ caſus eorum
ignorant,& q ad quæſtionem dubiam ſcirent allegare a-
liquid,& tñ de mille caſibus legum, interrogati neſcirēt
ex improuiſo de vnico rñdere. Sunt nonnulli, qui libro-
rum multitudine delectantur,& per eos vagantur, con-
3 tra doctrinā Senecæ dicentis, Diſtrahit † librorum mul
titudo,itaq; cum legere non poſsis,quantū habueris,ſa-
tis eſt habere,quātū legas: probatos itaq; ſemper lege,&
ſi qñ ad alios diuerti libueris,ad priores redi. faſtidientis
enim ſtomachi eſt,multa deguſtare,quæ vbi varia ſunt,&
diuerſa inquināt,non alunt. Igitur ſi huius ſciētię verus,
& ſecurus uis eſſe profeſſor,tex.ſeu eorum effectus in mē
te retine,& concluſiones Doctorū, diſputationes autem
longas,chartis cōmenda,cum oīa non poſsint ſimul me
moria retineri,ut l.ii.§.ſi quid aūt.C.đ vete.iur.enu. Hoc
hortor, ꝙ non ſis opinionum inuentor,nec facilis repre
henſor,ſed in dubio,ſequere cōes opiniones,& illorum,
qui cōſueuerunt in plurimis approbari,ſicut facit legisla
tor.ff.de exc.tut.l.ſcire:§.aliud.& Papa de ſum. Trin. & fi
de ca.c.1.§.fi.in cle.adhibenda eſt.n.fides peritis in arte,
C.de re mili.l.ſemel.lib.xij.extra de homi. c. ſignificaſti.
lib.ii.l.j.in prin.ff.de vent.inſpi.l.ſeptimo menſe.ff.de ſta.
homi.& minime ſunt immutanda, q̄ ſp &c.ff.de legi.l.mi
nimè.& cōmendādi ſunt. vñ ſm philoſophum, ex falſis
cōmendabor, quia materiā inueſtigandæ veritatis ꝓbui.
Tenere aūt quis reprehendit multis modis. & Hoſtienſ.
ponit xij.modos,quos vide in Summa,in prin.2.col.& vi
de ēt ſuper hoc in proœ.lib.ſententiarū.§.fi. Bene tñ pla-
cet,ꝙ ſi veritas claret,ꝙ aperiatur, cum poſsint vnꝰ mul-
tos,& maiores in aliqua parte ſuperare.C.đ ver.iur.enu.
l.1.§.ſed neq;. Cæterū cum ꝑ contrarias interpretū ſentē
tias,totū ius pene turbatum eſt,quemadmodum, & anti
quioribus ſactum erat temporibus,vt d.l.i.§. noſtra autē.
Et nunc ſicut tunc colligere neceſſe ſit dignum duxi, di
miſsis argumentis,& diſputationibus,iuxta gl. Inſtitutio
num,Docto.opi.quę materiā tangūt, prout occurrerint
cū his,q̄ addere potuero,Deo & beatiſsima virgine Ma-
ria,agentibꝰ ad lectorē,& auditores huius volumus ubi
nox nocti indicat ſcientiam,& vt plurimū noui ſunt, ſub
ſidium prout breuius,& plenius potero cōpilare, non ta
cendo eorum noīa,ubi ab ipſis recipiant, vt appareat a q
bus opin.ortę & traditæ fuerint.ff.de orig.iur.l.2. §. iuris
ciuilis.C.de vete.iu.enu.l.2. §. tanta. & vt hæc ſcriptura,
tantorū teſtimonio fulciatur.ff.de vulg. ſubſti.l. in ſubſti-
tutione.prope.fi.ff.ſi ſer.ven.l.ſi qñ. §. 1. Etenim Iuriſcō.
alleg.opinio,iuriſcon.ff.de noxal.l.ij.§.fi.C. de cōdi. in-
de.l.pen. & quia eorum opi.ꝑꝑ authoritatem iudicis, ut

plurimum approbantur,illa tamen,q̄ ꝓpriis non repe-
ries authoritatibus attributa,recipies pro quanto volue-
ris,& ſi qd boni receperis, lauda Deum, cui magiſterij
doctrina ſeruet,ut dicit Hier. in ꝓlogo ſuper Ioannē in
fi.Incipiens ergo,antequā veniā ad rubricā, quęro, quę
ſit materia,ſeu ſubiectum in ſciētia legali? Dicit Azo in
Summa,qđ duplex materia eſt generalis,ſ.ius,& iuſtitia.
4 Itē negotia,& duo vitia,error,& cōtumacia.† Materia cō
munis eſt ius approbatū,rudis æquitas,q̄ pro lege ſeruat,
ut contractus,& vltimę voluntates,iſta verba ſunt obſcu
ra,& rudia,& ad intellectū eorum Iac. & Pet. hic multa
ſcripſerunt,q̄ omitto,cum per oēs hæ opi. reprobent. &
iō circa eius intellectum non expedit laborare. Vñ Di.
5 eam impugnat egregie,nā cui attribuitur † genus vniuer
ſale,& eius ſpecies attributæ videtur.ff de leg.iii.l. ſi cho
rus,ſed negotiū ita ſe habet,ad contractus, ſicut genus,
ad ſpeciem.ff.de acq.re.do.l.liber homo.ergo gl. ponen
do negotium ſub generali materia, vr̄ ſpeciem poſuiſſe,
videlicet contractum,quē poſuit ſub cōmuni. Præterea,
poſita ſpecie,ponitur genus,ut l.inter agnatos.ff. unde le
gi.& ff.de leg.3.l.ſi quid earum.§.interēptum.& ſic pō
ſito contractu,qui eſt ſpecies in materia communi,vide-
tur poni negotium,quod eſt genus. Præterea remoto ge-
nere ab vno,vr̄ remota ſpecies.ff.de fun.inſtru.l.fundi §.
fi.& no.ff.đ iuſt.& le.l.i.§.fin.ergo remoto negotio a ma
teria cōi,& contractus remotus uidetur. Præterea, cū ca
debeat præcedere cauſatum,ut l.i.ff.de acq.poſ. in princ,
& materia,materiatum.ff.de ori.iur.l.ii.§. deinde nō po-
teſt dici,ꝙ ipſum ius,quod eſt ſcientia, ſit materia ſump
ſius. Præterea,cum delicta, & cōtractus ſint paria,quo ad
obligationē inducendā ff.de iud.l. omnē. q̄ſo in diuer-
ſis mēbris ponuntur.Præterea,cum iuſtitia, & delicta ſint
cōtraria,ut in Authen. vt hi qui res mino. ob.ha. in prin
6 quomodo ponuntur ſub eodē.ff.de verb.ſig.l.hæc verba.
†.Alii dicunt,ꝙ iuſtitia eſt ſubiectum,& hanc videtur ſe
qui gl.ff.de iuſti.& iur.l.i.ſuper uerbo a iuſtitia. Aliquod
bonum,& æquum in d.l i.§.1.& hanc tenet Iaco. de Ra.
Dy.dicit,quod ſubiectum pōt ſumi tripliciter. Vno mo-
do pro materia diſponēte,ſeu diſpoſita,& nihil aliud eſt,
quàm actus hominum in Auth.de fid. inſtru. §. qualiter.
Sed ſi quęratur de ſubiecto illius materiæ diſponentis,
vel diſpoſitæ,tunc pōt dici,qđ unumquodque horum, iu
ſtitia,bonum, & æquum, videlicet iuſtitia, tanquam radi
cale principium, bonum, & æquum, tanquam illud ad
cuius cognitionem, omnia tendunt ff.de verb. oblig.l.ſi
ſeruum.de rel.ac.ium.l.at ſi quis §. hęc actio. ſed ſi ponas
ſubiectum, pro tanto collecto eſt ius approbatum,ſecun
dum eum. Tu autem potes dicere, ꝙ non ſit triplex, ſed
unum. Vnde ſubiectum non eſt,niſi materia, ex qua ali-
quid ſit,vt nas lactile de terra vel inquam,vt albedo in pa
7 riete. Et iō dic † eſſe ſubiectum huius ſcientię, iuſticiam;
bonum aūt,& æquum,non ſunt,niſi qualitates iuſtitiæ, q̄
ſemper bona eſt,& æqua, ut dices infra de iuſti. & iur. in
prin.ſicut de poſſeſsione naturali, & ciuili conſueuit di-
ci.C.de acqui.poſ.l.licet.& non ſunt propriè materia hu
ius ſcientiæ,ſed qualitates ipſius materiæ, vel effectus.Fa
teor tñ,qđ materia Digeſtorum, & C.fuerunt antiqui li-
bri,& leges,& ita intellige.C.de vete.iur.enu.l.i.§.iube-
mus,q̄ alias obſtaret huic opi.ſed non ſunt materia ſcien
tię.Itē no.ꝙ hęc ſcientia eſt moralis, & ſupponitur Ethi
cę.C.de ſecund.nup.l.i.verſi.ne his.ff.de ſponſa.l. liber-
tinus.& no.in Auth.de nup.in prin.

a *Adno.* Modus eſt attendendus. Adde Spe.in tit.de aduo.
§.nunc de exordiis.uer.modus igitur. Inno.in c.ſuper quæ
ſtionum de offic.deleg.

b Cōmunes opiniones. Vide Baldū I.l.i.l fi. nu. 10. C. de præ.
iud.q ma.iud.in c.i.in fi.đ natura.ſuc.feu.ubi tenet,ꝙ cōes
opiniones Doctorū ſunt tenēdæ. Adde limitādo hoc dictū,
ut ꝑ ea,q̄ notaui in apoſtilis ad Panor. in c. prudentiā. nu.
4.in apoſtil.in uerſu quā plures.ex̄ de off.deleg. & ibi ha-
bes,an,& in q̄bus ſit adherendū opi.cōi,& ab ea nō recedē
dū,de quo ēt ꝑ Fely.late in c.canonum.nu.57.de cōſtitu.

In

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Imperator Cęſar Flauius, Iuſtinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, uictor, ac triũphator ſemper Auguſtus cupidæ legum iuuentuti.

1 *Chriſti nomine omiſſo, inſtrumentum uitiatur.*
2 *Iuſtiniani fides, & tempora.*
3 *Imperator quis.*
4 *Imperij genera.*
5 *Imperatorum electores.*
6 *Cæſaris origo.*
7 *Quæſita, patrimonium non item, alienabilia.*
8 *Iura quando diſcenda.*
9 *Sigillum ſine nomine an ſufficiat.*
10 *Inſtitutione cur ſic dictæ.*

QVicquid agimus, debemus ĩ nomine
Dñi incipere 26.q.vii.c.nõ obſerue-
tis. Quia quicquid habes meriti, pręuen-
trix gratia donat, nihil.n.debemus aſ
ſignare noſtræ prudẽtiæ.xvi.q.i.c.re-
uertimini.& iõ quaſi geſtores, uel ꝓ
curatores, loquimur.ut no. in Auth.de
hęre.& Fal.in rub.qa, q à ſemet ipſo loquit, gloriã ꝓpriã
quęrit.Io.vii.c.item Pet.in epiſtola ſi qs loquit, quaſi ſer-
mones Dei, Et ſic ſemꝑ incipit Iuſtinianus in rubricis, &
quãq; in legib. C. de offi. ꝑfe.præ.Afri.ĩ nomine dñi.xxiii.
d.c.in nomine dñi.Et Papa ex̃ de teſti.ĩ nomine dñi.xxiii.
d.c.ĩ nomine patris.& ſic de conſuetudine, notarii inci-
1 piũt inſtrumẽta.† Sed q̃rit, a qd ſi notarius hoc omittat?
a gl.dicit q̃ nõ ualet inſtrumentũ, ut in Auth. ut ꝑponatur
nomẽ Imperatoris, in gl.ut puta in nomine &c.col.v.gl.
põt eſſe uera in arduis, & ꝑpetuis, ſed in minoribus, uel
breui tempore duraturis, põt dici ꝯ, & ita tenet Spe.in ti.
de inſtru.edi.§.i.circa prin.Nota, quod Papa non incipit
ſic libros decretaliũ, nec ĩ antiqs, nec in nouis cõpilatio-
nibus, qa Papa nihil põt facere, qn ſit ĩ Dei nomine, cũ ſit
Dei uicarius, ex̃ de iureiu.ca.Romani.ĩ cle.uel forte hoc
omiſit, cã breuitatis.Glo.dicit q̃ ex hoc põt notari, quod
Imperator fuit chriſtianus.Inſultat Iac.de Ra.cõtra gl.q̃
non ex hoc probat, quia Sarracenus inuocat nomen dñi.
Sed certe imo ſatis probatur, additis uerbis ſequentibus
Ieſu Chriſti, qui non inuocatur per Iudęos, nec per Sar-
2 racenos.† Item patet, Imperator inuocabat uirginem Ma
riã, ut ĩ epiſtola inter claras.& epiſtola liquet.& credebat
Trinitatẽ, ut C.de ſum.Trin.l.i.C.de uete.iur.enu.l.i.& ii.
3 Et ſcias, q̃ ſm chronica is primus† Iuſtinianus fuit hære-
ticus, errore Euthicetis, poſtea ad fidẽ reductus, per Aga-
pitũ Papã & incępit imperare anno dñi. 52. & regnauit
xxxviii. ann.& tpe eius florebat B. Benedictus in monte
Caſſino, ſanctus Caſſiodorus, apud Ranẽnã. ſancta Geno
ueſa in pago Pariſien.ſecundum chronica, ego uidi no-
men Iuſtiniani ſcriptũ in ca alogo ſanctorũ.cal.Auguſti.

a *Adnot.* Sed quæritur. Vide Ang.Aret. ſuper hac qõne hic &
maxime in uer.uel clarius, aut quæritur &c.Itẽ uide do.Fe-
ly.in c.i.de fide inſtr.in i.col.prope fi.uer.in gl.i.in fi.ubi la-
te ponit, quę ſunt de eſſentia inſtri publici poſt omnes Doc.
Item uide hic Are.in i.col.an notarius conficiens inſtrumẽ
tum inter Chriſtianum & Iudęum, uel inter duos Iudęos de
beat inuocare nomen domini noſtri Ieſu Chriſti. & etiam
uide Bar.in prima conſtitutio. C.

Ieſu Chriſti.Expone hæc uerba in rub. de hęredib. &
Falcid. in glo.Imperator. Dicit Iſidorus, quod hoc fuit
antiquitus nomẽ illius, cui sũma rei militaris adminiſtra
tio commiſſa fuit, & poſtea ſibi iudices uſurparunt, finali-
ter ſenatus hoc nomẽ ſoli Cæſari, ad aliorũ Regũ differẽ
tiã appropriauit in perſona Octauiani, qui regnauit tem-
3 pore natiuitatis Chriſti.† Et ſcias, quòd hodie duo ſunt im
a peria a Conſtantinopolitanũ, & Romanũ, nã olim facta
diuiſione, ſeu datione urbis, per Conſtantinum eccleſiæ,
de qua extra de electio.c.fundamenta lib.vi.& de qua no
tat in Auth.quo oporteat.in prin. caput imperii fuit Con
ſtãtinopoli, uſque ad tempore Stephani Papę, qui tranſtu
lit Romanum imperium in Germanos, ex eo q̃ Cõſtanti
nopolitanus nolebat ſuccurrere eccleſię, neque urbi, ut
plene no.extra de elec.c.uenerabilem.Et ideo electus per
Alemanos eſt uerus Imperator Romanorum, non Cõſtan
tinopolitanus.xvi.diſt.c.ſi Imperator.vii.q.i.c.in apibus.
a † Et ſunt electores, Maguntinus, Colonien.Treuerenſis ar
chiepiſcopi.etiam quatuor principes ſeculares, de quibus
per Hoſt.in d.c.uenerabilem. extra de ſent. & re iudic.c.
ad apoſtolicę.lib.vi. & per hoc patet reſponſio, ad quod
dam argumentum puerile, quod Iac.facit hic Imperator,
dicitur ab imperãdo, cum ergo quilibet imperet in domo
ſua, uidetur, q̃ poſſet dici quilibet Imperator, non ſic.
a *Adno.* Duo ſunt imperia. Adde quod alterũ duorum ſit ue-
rum imperiũ.adde gl.q.vi.d.c.ſi Imperator.& ibi Gemi.ubi
dixi in apoſt.ad ipſum, ubi dicit imperiu n Romanũ eſſe ue-
rũ imperium, & eius Imperatorẽ legitimum non Conſtanti
nopolitanum, de quo etiam per Panor.& Doc.in c.per uene
rabilem, ubi etiam notaui in apoſti.ad ipſum.extra de elec.
& ibi bo.tex. & gl in c.ſolitæ, de maior.& obedien.
1 Cęſar.Gl.dicit.† quod Imperator, a dictus fuit Cæſar,
a a Cęſare Auguſto, qui regnabat tẽpore natiuitatis Chri-
ſti.Salua pace gl.imo a Iulio Cęſare eius auunculo, q fuit
primus monarcha romanorum, ſecundum cronicas. Qua
re autem ille dictus fuit Cęſar. Referunt, quod fuit excecto
uentre tractus l.ſi mater.C. de inof.teſta. & quia iam ma-
gnam Cęſariem pilorum habebat, cum extractus fuit de
uentre, ſecundum chronicas.

a *Adnot.* Imperator. Areti.dicit hic, quod Imperator non po
teſt dici, niſi poſt triplicem coronationem. Reuocat etiam
hic in dubium, an priuilegia conceſſa ab Imperatore ante
eius coronationem, ualeant. uide eum in 2. col. circa fi.in
fi.uer.2.principaliter no.& uerſi. ſeq. item quis poſſit pre-
ſcribere, ut non habeat Imperatorem in ſuperiorem, uide
per do.Fel.in prin.in uerſi.cæterum in ſubdit.Abb.cum ſex
ſeq.charta.xlix.item an Imperator poſſit concedere laico.
ut ſolum coram eccleſiaſtico conueniatur.uide eundem in
d.c.col.pe.cir.ſi.uer. item adde quod licet.

Flauius dicit glo.quod fuit rubeus, vel dic, quod flauus
ideſt, ruffus, ſicut Dauid rex, ut legitur. 1.Reg.c.17.& ego
Io.de mõte dulphi dictus, faber diœceſis Engoleſinę pro
uincię Burdegalen.ſum.
Iuſtianus expone oppone, & ſolue, ut gloſſ. Iuſtinia-
nus. Illud autem approbatur, quod fuit filius Iuſtin.ſecun
6 dũ chronica.dixi ſupra ſuper uerbo, in nomine.&c † Sed
tunc oppo. quomodo ſucceſſi patri, quia per ſucceſſio-
nem, nunquam Imperator creat, ſed per electionẽ. & ſic
adminiſtrator. C.de offi.prete.prę.l.i.& ſupra dictum eſt,
per nouã electionẽ.no.C.de mune.& hono.inter patrem
& fi.non conti.l.i.& no.in rubri.& extra de fi.pręsby.per
totum. nec aliquis fuit in medio, ſecundum chronica. Po
teſt dici, quod ille leges, non obtinent in electione Impe
ratoris, ſicut nec formæ electionum in electione Papę.
extra de elec.c.licet.& c.ubi maius. lib.vi. Vel forte, fuit
electus in defectũ alterius.ff.de mune. & hono. l. honor.
§.fi.de decu.l.generaliter.§.ſpurii.
Alemanicus. Dic, ut glo. Sed quęro, quare melius ponit
illas prouincias, quas deuicit, quàm alias, dicit Iaco. quia
ex probitate ſua fuerunt acquiſitæ, & maior honor eſt,
quod quis uocetur in nomine acquiſito ex ꝓbitate, quàm
illo, quod ei euenit aliàs, quia in his quę ex natura proue-
niunt, nec laudari, nec uituperari debemus: unde illud;
quod meũ eſt per acquiſitionẽ magis dicit eſſe meũ, quàm
quod per ſucceſſionẽ ſm Iac.Et no.ff.de cap l.fi.argu. ff.
de uſu.& ha.plenũ.§.ſi uſuſr.ad municip.l. aſſumptio.§.fi
lius.C.de ſa.ſan.eccle.l.ſacroſanctæ.quamuis illa, quæ ex
genere ueniunt, difficilius amittantur. ff. de ſena. l. fœ-

minæ de interdic.& re.l.2.in feu.epum vel abbaté. §. fin.
ꝗ ſit prima cã benefi.amit.§.ſi.ſi vaſ.feu.pri.cu defe.c.1.ſi
7 de feu.contro.fue.c.2.Et hæc † faciunt, pro conſuetudi-
ne,ꝗ in pluribus locis obtinet,qđ quis põt teſtari, vel do-
nare cõquæſtas ſuas ad libitũ,ſed patrimonialia nõ, ꝗ ſibi
ea ſucceſſione obuenerũt. Sed qđ ſi acquiſiuit aliud,quod
erat ſibi ea ſucceſſione obuẽturus?an cenſebit̃ cõquęſta.
Arg.hic,quod ſic,quia hæ prouinciæ debebãt eſſe Imperii,
2 cũ Imperator dñs mũdi ſit. a ut l.deprecatio.ff.ad l.Rho.
diã de ia.Et tñ dñr acquiſitæ p Iuſtinianũ. Sed ɔtra facit
in feu.de vaſ.decre.c.2.ff.ſi q̃d in frau.patro.l.1.§.q auth.
& §.ſed ſi libertus. Qđ eſt notabile pro illis, qui hñt de-
cimas infeudatas,quas dederunt in vita filiis,qđ nõ videã
tur trãſlatæ,ne acq̃rant eccleſię,cũ eſſẽt aliis ſucceſſuri.

a *Adnot.* Dominus mundi ſit. An Imperator ſit dominus to
tius mundi,Bar.in l.item ſi uerberatum.ff.de rei uend.& in
extrauag.ad reprimendũ.in uer.totius orbis.& ibi, an ſit do
minus rerum ſingularũ,& in 1.conſti.ff.rum an oẽs ciuita
tes ſint ſubiectæ imperio,in l.omnibus.ff.ad Trebel. de Im
peratore uide multa pulchra,& latius, quam alibi per Fel.
in c.cum non liceat per diſcurſum extra de præſcrip.

Pios. Dicit in glo. vel dic, ꝙ quilibet Imperator dẽt
eſſe pius,vnde Seneca. Nullũ clemẽtia ex oĩbus magis
decet,ꝗ principẽ.Adhibenda tamen eſt moderatio, unde
promiſcuã,nec uulgarem habere oportet clementiã,nec
abſciſſam.vnde Romæ in Capitolio ſcriptũ eſt. Parce ui-
ctis.frange ſuperbos. Vñ plenius.C.de ſum.Tri.l.1. ſuper
verbo,clemẽs.vbi ſcripſi.& facit.C.de nup.imperialis. in
Auth.ut iu. ſi.quo.ſuffr.§.itaque.& ſcribit̃ prouer.28.Leo
rugiens,princeps impius,ſuper populum pauperem.

Fęlix. Iuxta ſo.glo.hæc eſt fal.& mendax ex turbine
fortunæ veniens,quæ non permanet, & ſm hanc vſura-
rii,cupidi, male conditionati,qui ut plurimum abundãt,
& præſunt,in hoc ſęculo dicuntur fęlices.Vnde tunc fęli
citas,eſt ęterna beatitudo. Felicitas. n. mundana non eſt
via,imo deuium ad felicitatẽ veram: vnde Boœtius. de
cõſo.Quid enim pecuniã congregare conaberis? eripies
habenti.dignitatibus fulgere velis,danti ſupplicabis. &
pręire cęteros honore cupis, poſcendi humilitate vileſ-
ſces,potentiam ne deſideres, ſubiectorum inſidiis ob-
noxius,periculis ſubiacebis.Gloriam quęris,ſed per aſpe
ra quæque diſtractus ſecurus eſſe deſiſtis, voluptariam vi
tam degas. ſed quis non ſpernat,atque abiiciat viliſsimę
atque fragiliſsimæ rei eſſe ſeruum, hæc enim mendacis
fęlicitatis formam habent.

Franciſcus. Non glorientur imperiales, ex hoc argue-
a re, qđ regnum Franciæ a eſſet ſubiectũ Imperio, quia
hic loquitur de quadã Francia, quę eſt in Alemania, de
qua extra de ſponſ.c.1. Et ſi ſuper hoc loqui plenius vo-
lueris vide Hoſtien. extra qui filii ſint le. c. per venerabi-
lem, & quod ſcripſi.C.de ſom.Trini.l.i.

a *Adnot.* Franciæ. An autem regnum Frãciæ ſit ſubiectũ im
peratorio,tenet author noſter hic,qđ non,idem tenet In-
no.in c.per venerabilem.hic alleg.in ſua gl.in verbo,reco-
gnoſcant. ibi nos contra,late per Oldr.in conſi.69.& in de
ciſio. Delphi.q.239.ver.circa præmiſſa.

a Auguſtus. a Oẽs Imperatores ſunt vocati Auguſti ab
Octauiano,qui regnabat tẽpore natiuitatis Chriſti, ꝗ pri
mo vocatus fuit Auguſtus,quia adeo auxerit rẽpublicã,
ꝙ vniuerſo orbi pacifice dominatus fuit 14. annis. diui-
nos honores refutauit,imo, nec ſe dñm noiare permiſit
ſm chronica.Et ab ipſo noĩatus mẽſis Auguſtus,non ipſe
a menſe ſicut ignorantes aliqui aſtruxerũt. Sed mirabile
eſt quõ Imperator ſe ita magnificat cũ ſcriptũ ſit: Nec te
collaudes.&c.& laus in ore proprio &c.ſed forte non fa
cit propter ſe,ſed ad exaltationem dignitatis. vnde Sene
ca. Tibi dico Auguſte,induere prætioſis non propter te,
& pp honorem Imperii. Papa autẽm in verbis ſe dicit ſe
ruum ſeruorum, ſe dominando de facto, tamen ſe ado-
rari permittit, quod Angelus in Apocalypſi refugit.

a *Adnot.* Auguſtus. No.hic Aret. quòd Imperator dẽt eſſe
huius propoſiti.ſ.q augeat Imperium.ꝙ ſi nõ ſit huius pro
poſiti,non debet dici Imperator, & ponit hic quæſtionem
uulgatam, an ualuerit donatio facta b.Silueſtro ab Impera
tore Conſtantino.uide eum hic,in 4.col.in prin uerſi. ter-
tio not.& verſi.ſeq.

8 Cupidę legum inuenti.† Et not.quòd iuuenes debemus
incipere addiſcere huiuſmodi ſcientiam poſt grammati
cam, logicam, & rhetoricam,quas debeamus addiſcere
in pupillari ętate: illæ enim ſermocinales ſunt, & ſine
magna ratione. Sed poſt 14.annos debemus accedere ad
has ſcientias rationabiles.C de ſtu.lib.vr.ro.l.1.§.& quo
niam.& no.cupidæ,quia niſi auide & cupide ſtudeat, nõ
poteſt eſſe perfectus. unde verſus.

Si quis forte velit Iuriſconſultus haberi,
Contineet ſtudium, uelit à quocunque doceri,
Inuigilet, nec uincat eum tortura laborum.
Fortior inſurgat, cunctiſque recentior horis,
Nã labor improb. omnia uincit.C.De pet. bon.ſub.

L.1.extra de pur.cañ.c. cum in iuuentute. §. cęterum.de
pœni.diſt.1.importuna.non tamen ſemp in actu ſis, ſed
interdũ requiem animo tuo dato ſm Sene. Iac. vero hoc
allegat,qđ pigris, & negligentibus iura non ſubueniũt.
ff.ex quib.cau.ma.noo.o.& iuuenes ſunt perſpicaciores.
ff.de ædil.edi.l.præcipiunt. Vnde ſi vides aliquem inſtitu
tarium ſenem,dic ei,amice tu eris aduocatus in alio ſæ-
culo,ſm eũ qui refert,qđ per hanc rubricam, caſſauit q-
dam aduocatus quoddã procuratoriũ, quia non erat ibi
nomen iudicis,ſed tñ pendebat ſigillũ, quia nomen ſcri
9 bentis dẽt inſeri. † Ego bene credo,quod ſigillum nõ ſuf
ficit: vñ non ſufficeret ad probãdũ mandatũ, ſi q̃s appro
baret ſigillum dñi ſui, ut no. Specu in tit. de procura. §.
reſtat.& Arch.extra de proc. c. q̃uis li.6. & ſcripſi. C. de
proc.l.1.ſi q̃s hẽat literas,in q̃b' cõſtituẽs loquat̃,& dicat
in fine,qđ dictas literas fecit,tali ſigillo & ad ſui inſtan-
tiam ſigillari,non video cur fidẽ nõ faciãt q̃uis iudex nõ
loquat̃, nã ſi propriũ appoſuiſſet,fidẽ facerent.ff.de proc.
l.ſi procuratorem abſentẽ. Ergo multo fortius ſi fecit po
ni authenticum,ſed bene concedo, ꝙ procuratori poſ-
ſet imputari propter defectũ ſtipulationis, q̃a iudex de-
bet referre ſe fuiſſe ſtipulatũ, vt infra de ſatiſd.§.ſi vero.
a Elementorum. a † Quare dr̃ elementorum, videbis ĩ.
10 in prœmio.§.igitur. ſed dr̃ inſtitutionũ. i. inſtructionũ,
q̃a p eos primitiua principia peruenimus ad altiora legũ
ſcita,vel q̃a in ſtatũ Romani iuris nos erigũt.vel inſtitutio
nũ.i.introductionũ ſiue iſagogorum. Sed q̃a melius ſonat,
inſtitutionũ,idõ hmõi vocabulo utitur,ſm Azo. in ſumma.

a *Adnot.* Elemẽtorũ. Quærit hic Ar.an hæc rub. & aliæ poſ
ſint allegari ut tex.uide eum hic pulchre diſtinguentẽ,per
quatuor membra.in v.col.ante med.uer.quæro an hęc rub.
item circa h.eiuſdem co.uer.ult.quęrit, an rub.neceſſario
ſit continuanda una ad aliã.ubi plene uide per eũ. Itẽ uide
per gl.in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& poſt.h.& gl.in rub.ff.de
condi & demon.per gl.in l.i.de pet.bo.ſub.li.x.Iaſ. May.an
alii rub. decreti ſint Authenticæ,vide do.Fel.in ca. a. col.
24.uer.rub.quæ ſunt extra de reſcrip.

1 *Maieſtatem non niſi Imperatoris eſſe.*
2 *Militis & ſtudentis differentia.*
3 *Notorium multiplex 4.*
5 *Notorium & manifeſtum quid 6.9.10.*
7 *Latro manifeſtus quis.*
8 *Notorium qui deprehendatur.*
11 *Manifeſtum in extra iudicialibus qui accipiendum.*
12 *Ordo in notoriis ſeruandus.*
13 *Citatione quando, an non egeant notoria.*
14 *Abſens damnatus an audiendus.*
15 *Iudicii acta an in notoriis neceſſaria.*
16 *Excipere quando, an non in notoriis liceat.*
17 *Notoria non probanda.*
18 *Sententia ſcripta aget notorium.*
19 *Appellare in notoriis non licere.*
20 *Notorii ſententia executor.*

IMP.

I Mperatoriam maieſtatem. Quærit
vtrū Duces, & Barones dicant̃ ha
bere maieſtatẽ, vt eorū ſubiecti in
eos cōſpirātes maieſtatis crimine
teneãtur? arg. q̄ ſic. ij. q. i. c. in pri-
mis. vj. q. 1. c. ſi quis. 3. q. v. c. 3. C.
de epiſ. l. 3. ver. reus aūt. Et hãc vr̃
tenere Arc. ex̃ de pœ. c. felicis. Poſ
1 ſet † dici ꝯ, quia ſpeciale vr̃, ut hi, qui ꝯ imperatorẽ, vel in
illos, qui eius conſiliis, vel cōſiſtorio interſunt cōmittũt,
illo crimine teneãtur. vt C. ad l. iul. maieſt. l. quiſquis. Et
iō nō vr̃ ad alios extẽdẽdũ, ne pœnæ exaggerent̃. ff. ď pę.
l. interpretatione, & facit pro hac parte extra de ſentẽ. &
re iu. in c. paſtoralis. in cle. §. rurſus. ſed tñ in magiſtratu
populi Romani eſt expreſſum, qđ cōmittit̃, ſi occidatur.
ff. ad l. iul. ma. l. 1. §. cuiusve o pa. Sed illud iō, qa p Impe
ratorẽ inſtituunt̃, & eius pſonã repræſentant, negare tñ
non poſſum, qn iudices habeant maieſtatẽ. ff. de iuſti. &
iur. l. pe. prope fi. vel p̃t diſtingui, an tales habeãt ſuperio
res, ut tũc cōmittat̃, alias non. & facit. ff. de capti. l. nō du
bitq. §. i. cætera dic in gl. adde tñ, ibi poſt verbũ &c. ſic. C.
de cōſul. l. fi. Itẽ in ea. gl. ſup verbo, attẽdere: eñ ipſe mi-
les ſit, & alios cōmilitones nocat. ff. de teſta. mili. l. 1. C. de
vetera. l. 3. li. aii. Igit̃ non legib. ſed armis. itẽdere deberẽt.
C. de iure deli. l. fi. vñ non fuerãt Imperatores, q ſex men
ſibus vocabant ſtudio, ſed armis, ut no. de excu. tut. l. i. §.
idẽ Diuus, & no. ea his, q̃ hic leguntur & notãtur, qđ fa-
tui ſcholares, qui q̃nq; animati oberrant ſibi caſus excuſa
tionũ cauſant, quia cũ leges, & arma ſint adinuicẽ corre-
latiua, pp neceſsitatẽ, gloriãtur ſe pfectos, ſi vtroq; ſe in
nare ſciãt. Tu aũt tene, q vix aut nũquã in eadẽ pſona cõ
currũt militia, & ſcientia. miles. n. dẽt eẽ in continuo cur
ſu, & corporis exercitio. C. de re mili. l. miles. ſtudẽs vero
in quiete. C. de ſtud. lib. verbis Ro. l. i. Nã ſm Philoſophũ,
aĩa ſedendo &c. & ſm Senecã. Nuſq̃ eſt, q vbiq; eſt. Pri-
mum mentis cōpoſitę exiſtimo cōſiſtere poſſe, & ſecum
morari, vitã in peregrinatione agẽtib⁹, hoc euenit, ut mul
ta hoſpitia habeãt, nullaſq; amicitias. Idẽ accidat neceſſe
eſt his, q nullius ſe ingenio familiariter applicãt, ſed oĩa
curſu, & pperanter trãſeũt. ſotiũ. n. neceſſariũ eſt docen-
a tibus, & diſcentibus. C. de exc. tut. l. 3. Itẽ miles a debet
2 † eſſe durus, & fortis, ſtudens mollis, vñ ſm Philoſophũ
Molles carne, aptos muſis dicimus, & facit ff. de capti. l.
plurimũ. §. fi. reperitur tñ p oẽs hiſtoriographos, q̄ mili
tia ſemp ſecuta eſt clerũ. Et philoſophi primo fuerunt in
Aegypto. vñ pp admirari cęperũt primo philoſophari ĩbi in
Aegypto. Secundo, in Aſia. Tertio in Græcia. Quarto, Ro
mæ. Quinto, in Frãcia, ubi fauente dño, manebit uſq; ad
fi. Et no. q̄ nobilior, & melior eſt ſapientia, q̃ militia. Vñ
Eccl. 12. Melior eſt ſapientia, quã arma bellica. & Pſal. Nō
in fortitudine equi voluntatẽ habebit, neq; in tibiis viri
beneplacitum erit ei, & iō de rōne maior honor debetur
ſapientibus, q̃ militibus, qui nō dẽnt eẽ, niſi executores p
ceptorũ ſapientũ, & iō lex dicit milites nr̃os oportet eẽ
defenſores, nō dños. C. de capti. l. ab hoſtib. in fi. totũ eſt
cōuerſum hodie, milites imprudentes dñantur ſapientes
obſequũtur, & multi opprimuntur iuxta illud, qđ ſcribit̃
Prouer. 28. Dux indigẽs prudẽtia, multos opprimet p ca
lumniã. Itẽ in fi. gl. q̃ eſt ſuper verbo, gubernare, ſupponit
ergo, qđ tpe guerræ non ſeruãtur iura, nec iuſtitia, quod
verũ eſt, de facto, ſanctior tñ eſſet, qđ tunc faceret quod
alio tpe. & legit̃ in vita beati Gregorii, q̄ Traianus Impe
rator fuit ſaluatus, & de inferno extractus, quia vadẽs ad
bellũ fecit iuſtitiã de quodã principe, verũ eſt tñ, qđ non
dẽt tunc rigor oĩno ſeruari, ut extra de treu. c. fi. & ibi no.
32. diſt. c. ſciente. Gl. quę incipit leges, in fi. verius vr̃ per
tramites: i. ſemitas, quia ſicut occurrit̃, p ſemitas fugien
tibus, ſic per leges calũniantibus. & facit extra in proœ-
mio Decret. de his, q̃ hic ſcribuntur videbis plenius j. de
pœna teme. litigã. In glo. no. ibi cũ C. de legi. & Senatus
cō. l. leges. religio. n. dr̃ a religo, religas. vñ cũ leges vo-
luntates hominũ religẽt, & coarctent ad iuſte viuendũ,
faciunt hoĩem religioſum. & eſt ſimile ff. de leg. ii. l. vnũ
ex familia. §. fi. Itẽ in ea. gl. cũ dicit propoſitionabilia, nã
ſicut ſe habẽt arma, & vſus armorũ, ad victoriã, ſic victo
ria ad triũphũ, & ſicut leges, & vſus legũ ad calũniæ ex-
pulſionẽ, ita calũniæ expulſio ad religionẽ. In gl. quo ad
leges. melius in Auth. ut iud. ſine quoquo ſuffrag. in prin.
C. de aſſeſſo. l. i. In gl. ſ. quo ad arma. in fi vnde Seneca de
virtutib. Si prudens eſt tuus aĩus, tribus tpibus diſpenſe-
tur, pñtia ordina, futura puide, pterita recordare. In glo.
ſub qua. in fi. C. de offi. prę̄to. Afri. l. 1. ver. Deo auxiliāo-
b te. Proteſtãtur. i. pro teſtimoniis ſunt, quia notoriũ b eſt
ipſo facto, nec probatione indiget, ut no. ff. q ſatiſd. cog.
l. ſi vero. §. qui p rei qualitate. ff. de dote p̃leg. l. ii. in fi. ſed
contrariũ no. C. de accu. l. ea q̃ Io. iuris can. diſtinxerũt
3 † triplex notoriũ. Quoddã cōtinuũ, qđ cōtinuo perſeue
rat, ſicut qđ Philippus, filius comitis valleſii obtinet ſce-
ptrũ Frãciæ, & in hoc non requirũtur pbationes, imo va
leret proceſſus ſine li. conteſt. ſine teſtiũ receptione, niſi
pars negaret eſſe notoriũ, tunc. n. ſm eos oportet probari
notoriũ, q̄ p duos teſtes probabit̃, q deponãt factũ eẽ no
toriũ, & maiorẽ partẽ populi hoc ſcire, reddẽdo cãs ſuf-
ficientes, ſuorũ teſtimoniorũ. Et ſic tenet Io. gl. decr. ij. q.
1. c. de manifeſta. Inn. & Hoſt. extra de coha. cle. & muli.
c. tua. Spe. tit. de noto. cri. §. iã de notorio. ver. teſtes. & §.
4 i. vee. ſed qualiter. † Itẽ quoddã actu trãſiẽs, ſicut qs publi
ce occidit hoĩem. Itẽ quoddã interpellatũ, vt ſi quis non
cōtinue, ſed interpellatim tenet cōcubinã, & in his requi
runt pbationẽ, ut no. in d. c. de manifeſt. & hoc vr̃ ſequi
Inn. & Hoſt. in d. c. tua. in gl. fama. & Spec. in d. §. iã vero
iſtud aũt. & Archi. in c. Romana. ex̃ de cẽſi. de offi. deleg.
c. ſtatuimus. in gl. ordi. ver. ſed qd, ſi ex poſtfacto. hęc ſen
tẽtia nō vr̃ vera, p c. qm̃. extra de fil. presby. vbi actu tran
ſiuerat, nec requirit̃ pbatio. C. de ſta. & ima. l. 2. & bene
facit de his, q i eccleſia ma. l. i. & vr̃ expreſſũ in feu. ď pa.
te. & infr. §. ſi qs hoiem extra de ſen. & re iu. c. paſtoralis.
§. notoriũ. de ſen. exc. c. ſi iudex laicus. li. 6. ut patet hoc,
qa Africa fuit diu rebellis, & poſt victa p Iuſtinianũ, &
hoc pſtat̃ ipſum factũ, ꝯ rebelles. & tñ rebellio actu trã
ſierat, imn ẽt ipſa victoria, qs. n. iudex exigeret pbatiões,
ſi negaret Io. nanone Cateranen. Papã fuiſſe, vel Benedi
ctũ poſt eũ, vel Philippũ modernũ regẽ Frãciæ poſtraſſe
flamingos apud Caſellũ, q̃ oĩa trãſierũt. Vñ, ut hęc mate
ria, q̃ eſt legiſtis ignota, & pęnes canoniſtas varia pleni⁹
liqueat. Primo q̃rit̃, q d ſit notoriũ. Scđo, in quo differat a
manifeſto. Tertio, an in notorio, ſit opus citatione. Quar
to, an litis cōteſt. Quinto, an pbatione. Sexto, an ſñia, &
5 an in ſcriptis. Septimo, an & qũo poſsit appellari. Octa-
uo qũo exequi. † Circa primũ dic, q̄ notoriũ eſt, qđ ẽ ita
euidens, q̄ latere nō p̃t, nec tergiuerſatione cęlari, & cu-
ius eſt teſtis populus, ut in d. c. tua nos. & c. de manifeſta.
lai. diſt. c. ſacerdotale. in fi. 25. q. 3 qđ ſcripſi. Manifeſtũ di
cit̃, qđ vulgo dr̃ corã plurib. factum, ut teſtm̃ Titii factũ
fuit corã plurib. teſtib. ff. de teſt. l. hær. palã. qd ergo ſi qs
occidit hoiem, corã plurib. teſtib⁹? an dicẽs notoriũ, vr̃
manifeſtũ? Quidã dñt, q̄ ſi occidit corã decẽ, q̄ eſt noto
riũ, & de hoc no. in d. c. de manifeſta. Alii relinquũt arbi-
trio iudicis, & in hoc pſeuerat Spe. ti. de noto. cri. §. iã de
notorio. ver. & hoc notoriũ. Sed qd arbitrabit̃ iudex? Di
6 cas, q̄ vere notoriũ ẽ † qñ factũ eſt tale, quod de ſui natu-
ra oẽs ſciũt, vel ſcire eos veriſimile eſt, ſic q̄ nō poſsit ca-
dere ignorãtia, qn ſit ſupina, ſicut ſi qs gerat ſe p epõ i ali
qua ciuitate, vel ſi qs i mercato, toto popolo cōſpiciẽte,
occidit hoiem, vr̃ ſuſpẽdit publice, uł aliũ actũ exercuit
in pñtia populi. Et iō credo, q̄ ſit notoriũ illud, qđ i iudi
cio ſit, vr̃ indicit̃ i eccłiis dieb⁹ feſtiuis, populo cōgrega-
to, vr̃ in publico & magnis aſſiſiis. Nec requirim⁹, q̄ ſimul
totus populus ſciat, ſufficit. n. qđ p vicos, hi & alii dicãt.
7 Vñ latro dr̃ † manifeſtus, q multos ſpoliat. ff. ď iniuſt. rup.
& irri. l. ſi qs. §. hi aũt ver. q̄ intelligit̃, qđ diuerſis vicib⁹,
vt d. l. i. de his, q in eccle. con. extra de trãſla. epi. c. quãto.
de cle. exc. c. illud. C. de lati. li. tol. l. vnica. §. ſed & ſi qui
dñi l. publicati, C. de teſta. Et caue, qa ſi pponas notoriũ

8 in aliqua prouincia,opportet † qđ factum ſit tale, qđ de
ſui natura oēs đ prouincia ſciăt,vel ſcire poſsint, ſi in vil
la,ꝙ illi de tali villa,municipio,vel caſtro,ff.de iu.& ſac.
ignorā.l.j.§.ſed facti.Quid ergo,ſi in villula,vbi ſunt pau
ci habitantes,ſi in conſpectu omniū factū ſuit, qui forte
nō ſunt ſex,vel octo? vr̄,ꝙ ſit notoriū.ff.de reg.iu.l.Nera
tius ex̄ de elec.c.1.Hoc non credo,qa dēt eſſe notū pluri
mis,& multitudini,extra de cohabi.cler.& mu.c.ſi.& vi-
cinia dēt ſcire,ex̄ de purg.cano.c.pe.ver.ſi.ff.vi bo. rap.l.
ꝓtor.§.1.de verb.ſig.l.palā.ff.de inſti. l. ſed & ſi pupillus.
§.proſcribere,& ita patet dr̄ia inter manifeſtū,& notoriū.
Euidens qn̄q; ꝑdicat de vno, qn̄q; de alio, extra de elect.
c.ſi forte,li.vj.& c.ab eo.Qn̄q; tñ manifeſtū ponitur pro
notorio.C.de appe.l.ciuiles.ff.ad Turpil.ab accuſatione.
§.nuntiatores.de do.præle.l.ij.extra de verb.ſig. c. conſti
9 tutionē.in vi.de offi.dele.c.1.eo. li. vñ † vbi manifeſtum
ſcribitur in materia,q̄ non requirit iudicialē indaginem,
nec ꝓbationē,ſemper expone,manifeſtū.i.notoriū,alio-
qui in propria ſignificatione retine, vt verba ſm materiā.
Intelligantur.ff.loca.l.ſi vno. & ita ſaluabuntur glo. iuris
ciuilis,q̄ qn̄q; dicunt, ꝙ manifeſta probatione,iura nō in
digent vt no.in d.l.ii.de do.prel.Item dicit, qđ eſt ēt no-
10 toriū † vbicūq; cōſtat iudici, tanq̄ iudici. Vt ſi in figura
iudicij aliquid factū,vel dictū ſit,q̄uis populus,vel maio-
res populi hoc nō ſciēt,& ſic intellige. C. qui. & aduerſ.
quos.l.i.ff.de ap.l.creditor.§. iuſſus,extra de ſen. excō. c.
venerabilibus.§.ſecus.de app.c.Romana.§.ſi aūt.li. vj.de
offic.dele.c.de cauſis.Quidā aūt exigūt, ꝙ ſint tot cū iu-
dice,ꝙ poſsit dici notoriū,& ita vr̄ tenere Spe.§.dictoriā
§.pe.de Sanſone pro quo C.de cuſto.reo.l.ii. ibi cū dicit.
publico teſtimonio,qđ non eſt verū,qa ſm hæc nihil ſa-
ceret figura iudicij,q̄ multū facit ꝑ ꝓdicta.Itē eſt notoriū
d illud,qđ ꝑ acta, d & ꝓceſſus per partes cōcordatos vel
aliter ſolenniter factos apparet.C.de lit.cōteſt.auth. offe
rať,ver.quod nō mox.no.extra de reſcri.c. cū cōtingat.
ij.q.i.c.Deus oīpotēs.§.qn̄ aūt.C.de delato.l.ij.li.x.Vel re
ſultat ex iur.ꝑſumptione in Auth.đ reſt.& ea q̄ pa.§.vnū.
ff.ad Turpil.l.1.ff.de his,q̄ ſunt ſui vel alie.iur.l. filius. Itē
eſt notoriū,qđ cōis & antiqua traditio habet inconcuſsè,
ſicut,ꝙ Carolus vicit Hiſpaniā,& paſsio Chriſti, & ſimi-
lia C.de ſum.Tri.l.ibi quā diuinū.& ff.de re iudi.l.ſi.de ca
da.pu.l.i.§.de ado.§ ſi.ff.de legi.l. ſi. in Auth. vt nō luxu.
contra na.cir.me.& no.Hoſt.in d.c.q̄to.de tranſa. & Spe
cu.de noto.cri.§.iā ver.notoriū facti. Inn. tñ dicit, quod
illud eſt ꝓbandū,& dat modū probandi, extra de verb.
ſig.c.veniēs.primū tñ ego ſequor per leges, quas allega-
ui.Itē pōt dici notorium, ꝙ indubitatus, & vulgaris ru-
mor aſſerit,& vr̄ expreſſum extra de elect.c.vbi periculū.
§.qa vero,ibi indubitanter rumor,li.6.Itē illud, qđ ocu-
lis iudicis patet de ſe,ff.de mino.l.minor 25.an. extra de
cor.vi.tua.de ele.c.ſi forte,li.vi.de ver. ſig. c. cōſtitutio-
nē.li.6.Et no.ꝙ ſecurū eſt,& cautum,qđ antequā proce-
datur in notorio ꝓnuncietur eſſe notoriū. vt no. Io. An.
extra de ſen.& re iu.c.paſtoralis.in cle. ſed pars ēt cautè
facit,ſi appellet ex illa ꝓnunciatione, & admitteť, extra
11 de ap.c.romana.§.ſi autē,li.vj.In † dubio ſecurius iudi-
co,ordinē iudiciariū obſeruari,ne forte reputeť notoriū,
qđ nō eſt,& annihulareť ꝓceſſus,niſi eſſet ita notoriū cui
denter,ꝙ eſſet ridiculū,ordinē iudiciariū obſeruare. ex-
tra de appel.c.conſuluit,& no.Hoſt.in c.cū ſit,eo.tit.de
purga.ca.c.pe.& eſt ſimile cōſiliū,extra de iudi.c.diſpen-
e dioſā.in ſi.in cle.Circa tertiū,an opus ſit citatione? e gl.
dicit ꝙ ſic,idē Inn.in c.ad audientiā noſtrā,extra de app.
cū ſit romana,idē Spe.tit.de noto.cri.§.i.ver.i. & ver. di-
cit quoq;,q̄bus ob.d.c.cum ſit,de elec.bonæ.& c. ꝑ vene
rabilē,& vr̄ expreſſum in d.c.q̄to. de tranſla. epiſc. & ibi
Inn.xi.q.i.c.ſtatuimus, & d.c.qm̄ de ſil.ꝑsby. Dicamus,
12 † qđ in notorio iudici,quod illa die procedat, pro parte
præſente,non eſt opus citatione, ut ſiquis iniuriatus fue-
rit in præſentia iudicis ꝓ tribunali ſedentis.Exquo.n. ha-
bet partis præſentiā non oportet amplius euocari, & ſic
pōt intelligi l.creditor.§.iuſtus.ff.de app. extra de iureiu.

c.ſi.li.vj.Sed die elapſa,& maxime parte abſente, detur
neceſſaria citatio extra de verb.ſig.c.cū olim.& patet, qa
per cōfeſsionē emiſſam in iudicio,ſit res notoria,vt c.ro
mana,§.alic.& tñ pars,quæ confeſſa eſt, vocatur in ſnīa,
vt ff.quæ ſen.ſine ap.l.1.§.item cum ea edicto.In notorio
vero facti tranſlati,vel interpellati,dñt oēs partem citan
dam,ſed in cōtrarium ſunt opi. Securius eſt tñ partē vo-
care,vt no.Hoſt.in d.c.cū ſit.Ego credo, ꝙ ſit neceſſe, qa
in c.paſtoralis,extra de ſen.& re iu. in cle. Papa non ne-
gat notoriū,& tñ ſnīam infirmat ꝑ defectū citationis,&
facit d.§.iuſſus.ſi tñ iudex ſimeat ſcandalum, vel pericu-
lum,pōt ſine citatione ꝓcedi,ut c.ꝑ venerabilē. & c.bo-
nę,& maxime ad ſnīam excōicationis, quæ fertur in ab-
ſentē,extra de ſimo.c.accuſatum.& d.c.cum ſit. & no.d.
c.de manifeſta.& facit bene extra de ſen.excō.c. conſtitu
tionē.in ſi.li.6.cum in illa opus eſſet monitione, vt ibi
no.Hoſt & c.cū ſit,qđ intellige,ſi poſsit fieri ſine pericu-
lo,vt dixi.Et citabiť perēptorię,ſicut in aliis cauſis, & cū
interuallis,ſi ſit poſsibile,ut ibi. Nec ob.extra de ſen. &
re iu.c.cum olim.qa ibi,vel pars fuit citata, vel Papa pro
ceſsit de plenitudine ptāis,vt ibi no.ꝑ gl. & Hoſt. Quid
ſi reus bonas defenſiones habebat,& nihilominus cōdē-
natur abſens,qđ potuit fieri cum notoriis ꝓcedatur per
viā inquiſitionis, vt l.ea q̄dē. C de accu. & ſic abſens ꝑe
damnari,vt ca.qm̄. extra vt lit.non cōteſt.Spe.dicit, qđ au
dieť,& ſi fuerit condēnatus,tanquā de notorio,cū nō eſ-
13 ſet reuocabitur,extra de ſen.& re iu.c.cum Bertol. † Tu
dicas,ꝙ ſi vult dicere ſnīam nullā,ex eo, quia non eſt no
torium,& nō fuit ordo iudiciarius obſeruatus,vel qa ini
quitatē euidentē cōtinet, ꝙ audietur,ut cle.paſtoralis,in
fra alleg.alias autē non audietur.niſi ſicut audiretur, qui
cōdemnatus eſſet, abſens debita ſolennitate obſeruata,
ſic intellige,qđ idē Spec.no.eo.tit.§.1.Sed an debeat uo
cari ad ſingulos act⁹ iudiciales.Inn.vr̄ tenere, ꝙ nō in d.
14 c.tua nos.in gl.puta. † Circa quartum q̄ritur, qd ſi pars
cōpareat,an debeat dari libellus? Dic qđ non, nec eſt ne
f ceſſaria lit.conte.vt d.c.ad noſtrā f &c.de manifeſta. &
c ſcelus.ij.q.i.& no.in c.tua nos.de libel.obla.c.i. in au-
then.de exhib.re.§.ſancimus.in gl.in verbo, libellum.
Quid ſi reus velit excuſationes,ſeu defenſiones propono
re? Do.Inn.& Hoſt.in c.tua nos.& Spec.eo.ti.§.i.verſi.ſi
auditis.dñt,ꝙ iudex audire dēt,& ſi non audierit, nō va-
let ꝓceſſus:ſi tñ audierit,& ꝓbationes nō admittat, tunc
bene valet,& ſufficit,qđ iudex corā ſuperiore poſsit o-
ſtendere crimen notorium. Sed nunqd ſaltē ſuperior de
bet ꝓbationes illas audire,& admittere, quare non ergo
principalis iudex vr̄,verius diſtinguēdum, qa aut factum
& facti qualitas ſunt notoria,V.g.notorium eſt,ꝙ reus in
terfecit hoīem,& ꝙ interfectum,cum armis aſſalliuit,ot
eiſo nō ꝑcutiēte, nec ſe defendente, tunc ego credo, ꝙ
15 reus non auditur,nec ad ꝓponendum, nec † ad proban-
dum,ꝙ ad ſui deſenſionē fecerit,& eſt expreſſum in feu.
pa.te.& ei⁹ viola.§.ſi qs hoiem. Si uero facti qualitas nō
ſit notoria. V g.qs in iure confeſſus eſt,qđ occidit homi-
nē,vel forte eum occidit pluribus ꝑſentibus, q viderunt
mortuū,nō tñ primū inſultū,nec vult ꝓbare, ꝙ occiſus
inuaſit,iniquus eēt iudex,q ꝓbare eū nō admitteret, & ꝓ
hoc facit §.ſiquis hoiem. Imo.pt dicę,ꝙ obiectus talis ex
ceptionis facit deſinere rē eſſe notoriā,& hoc bñ probať
ff.de ta.exi.l.1.§.ſed ſi neget.extra de ſen.excō.c.venerabi
libus.§.idē eſt,cum §.ſeq.in vi Et iō cōſeruatores, q pñt
ſe intromittere de notorijs, non pñt ſe intromittere, niſi
exceptio talis ꝓponať,extra de offi.deleg.c.j.lib. 6.& ibi
no.Circa quintum q̄rit,nunquid dēat probari notorium?
Doc.dñt,ut ſ.ꝙ in contrarium non requiratur probatio
in alijs ſic.& hoc tenet Inn.& Hoſt in c.tua. Spe. in ti.de
not.cri.§.iā.ver.iſtud.cum ſeq. Arch. extra de Senſi. c.ro
mana.de off.deleg.c.ſtatuimus.in gl.ord.ver. ſed qd ſi q-
bus obſtāt iura,q̄ ſuperius allegaui. Vñ vr̄ melius idiſtin
cte tenēdum,qđ non ſit neceſſariū teſtes recipere in caſu
veri notorii,in eo,ꝙ notoriū eſt, qđ cōdēnatio valeat &
ꝓceſſus dato, ꝙ nihil ſit probatum per iura alleg.& ſuf-

ficit

6 quo alia. C.de inoff. teſta.l.contra maiores.† Sic ergo in propoſito,nã rei uendicatio & publiciana ſunt contrariæ origine,vna ſupponit dominiũ,alia nonnō non uidetur poſſe dici,ꝙ concurrãt,nec vna cõpetat in caſu , quo alia. Quomodo ergo ꝓuidebitur illi,qui dubitat , an eſſet dominus,an nō,ille à quo acquiſiuit,q̃a ſi iuret,oportet,ꝙ anceps iuramentũ recipiat,& ſic conſtituat i piculo periurij. Vnde quãuis gl.dicat hic,& conſulat,ꝙ i dubio opponat publicianã,non tamen prouidet ſuper cōſcientia iuramenti,nã ſi neſciat ſit dominus,vel nō,quomodo iurabit,hoc uel illud. Poſſet dici, ꝙ iuramentum, eſt de credulitate, & generale , videlicet , ꝙ exiſtimat ſe iuſtã cãm habere.ut l.2.C.de iuramēto calum. nec aliud habet ſpecificare, & tale bene poteſt præſtare. Si tamen faciat poſitiones , tunc oporteret iurare ſpecifice , & eſt

7 maior difficultas. Vnde credo,ꝙ † non hēt ponere in libello,vel in articulis hęc uerba,emi uel q̃ſiui à tali , quē dominũ eſſe credebã, q tamē non erat dominus, nec me non dominũ eſſe credo, & hoc põt ſic ꝓbari. Certũ eſt, ꝙ agenti ſufficit tale factum ponere,ex quo ſua cõcluſio poſſit ſequi. Conſtat autē, ꝙ ponendo , qđ emi à tali quē dominũ credebã,& tali titulo, q mihi rem tradidit, ego pono factũ ſufficiens ad materiã publicianæ , quia tantũ ſufficit ad vſucapionē ſeu pręſcriptionē parandã , & ſic ad publicianã dãdam Hęc enim correlatiua ſunt , vt l.ſi eo.ſ.idem Iulianus ff.eo.ti. Pręterea ſi agens publiciana haberet dicere nō dominũ illũ à quo cauſam habet conſiteref malã fidē in pręſenti,quę ſaltem de iure canonico pręſcriptionem impediret, & ſic publiciana ſaltē illo iure non competeret,extra de pręſcrip.c.vigilanti.& c.fin. Vnde quamuis de iure ciuili,ſufficiat habuiſſe bonam fidē ab initio, de iure canonico requiritur ſemp,vt d.c.fi. Et ſic ſi haberet dicere ſe emiſſe à non domino, ſemper illo iure cadere,cũ non eſſet in cã vſucapiendi , vel pręſcribendi per confeſſionem ſuã. Vnde ego credo , ꝙ de quinque,quę gl. dicit neceſſaria ad hoc,& cõpetat publiciana,ſufficiat ponere tria,uidelicet titulũ , bonã fidem, & traditionē,& alia non ſunt neceſſaria poni , q̃a eo ipſo, ꝙ non ponit ſe dominũ,apparet,ꝙ non intentat rei uendicationē,& ita reſtat,ꝙ intentio tradit in publiciana , ſi poneret pręſcriptionē agendo, vel defendendo ſuſſiceret illã ponere,ergo in publiciana ſufficit. Itē vř expreſſum, quòd agens publiciana nō debeat dicere ſe nō credere dominũ.ff.eo.l.ſi ego.ſ.partus.uer.intendã. Videtur ergo,quòd de iure canonico publiciana non cõpetat,niſi quãdo cõtinuatur bona fides, & ita hęc materia reſtringitur illo iure. Item vř , quòd de iure ciuili reſtringatur multum ,quo ad rem mobilē, quia ſi res mobiles alienēť à malæ fidei poſſeſſore,rem alienam ſciente , committiť furtũ. C.quod cũ eo.l.ſi liberã.& ſic res eſt uitioſa , & inuſucaptibilis, & per conſequens,nec publiciana competat ut l.ſi ego.ſ.pur uſſ.eo.Item uidetur multum reſtringi in re immobili ,ſi alienans habuit malam fidē ꝑ auth. malę fidei.C.de pręſcrip. long.temp. quę eſt de corpore vt ſpon.larg.ſ.rurſus. Vnde in paucis caſibus,videtur hęc actio cõpetere;quod multi concedunt. Iac.uero de Ra. dicit,ꝙ dominus domini ſui dicebat, quòd etiam in caſibus p̃dictis datur publiciana,quãuis pręſcriptio,ſeu uſucapio nō procedat,q̃a illa iura nō loquuntur de hac materia; ſed ſolum de præſcri.& ſic cum expreſſe,nō corrigant,nō ſunt extendēda.C.de appel.l.pręcipimus.& ma-

xime cũ ſit diuerſa ratio, q̃ præſcriptio pręiudicat dño, & eſt contra ęquitatẽ, ſed publiciana eſt ſm ęquitatẽ, & nec ꝑiudicat domino, nec cõtra ipſum daſ, vt l.pen.ff.de
8 publi.& ſic tranſit. † Sed reſtat reſpondere ad ꝯ̃rium. qa publiciana nõ datur, niſi illi, qui uſucapit, vel pręſcribit, vt l.eum qui.ff.e. ille non præſcribit, ergo &c.Solu. publiciana eſt inuenta iure Digeſt. quo iure poſſeſſores in dictis caſibus præſcribunt: ergo iure illo daſ publiciana. Vñ vr̃ ſufficere, q̃ iure Digeſt. poſſit pręſcribere, cũ noua iura, quo ad hoc nihil immutẽs. Pręterea hęc maxima non eſt uera ſimpliciter, non pręſcribit, ergo non datur publiciana, qa ille, q̃ cecidit à poſſeſſione nõ pręſcribit, imo interrũpitur ꝑſcriptio.ff.de uſuc.l. naturaliter. & tñ ille eſt, q̃ agit publiciana, uidelicet qui à poſſeſſione cecidit, vt hoc §. vnde ſolũ hoc cõſideraſ, qđ habuerit titulũ, & bonã fidẽ, & q̃ res fuerit tradita, & qđ titulus ſit talis, qui ſit habilis ad parandã uſucapionẽ, licèt qñq; uſucapio nõ ſequaſ, nec ꝑcedat, ut l.cũ ſpõſus.§.in uectigalibus.& notatur in d.l.cũ q. Vides ergo, cui cõpetit, & quę
9 ſunt neceſſaria ad hoc, q̃ competat.† Nunc diſcutiamus ſingula quinque, quę gloſſator dicit eſt neceſſaria per ordinẽ. Prima dicit gl. q̃ requiriſ traditio, vel quaſi. Sed cõtra hoc oppone de lege ff.eo.l.cum ſponſus.§.1.Item qđ operatur traditio in contractibus inter uiuos, hoc operatur ſimplex legatũ in ultima uoluntate.ff.quemadm.ſer. amit.l.ſi partẽ.§.1.igitur in legatis non eſt opus traditione. Iac.de Rau.dicit, q̃ in vltima uoluntate cõpetit publiciana ſine traditione, uidelicet illa, quę cõpetebat teſtatori, & ex perſona eius, ſed ipſi legatario nõ competit ex perſona ſua niſi demũ traditione facta, hoc idem notauit gl.ff.eo.l.1.in fi.alias l.2.Ego tñ credo, q̃ opinio, q̃ ibi primo notaſ ſit uerior, uidelicet, q̃ publiciana acquiraſ ex vltima uoluntate ſine traditione.& hoc ſupple hic ad gl.
10 † Sed circa hunc articulũ quæritur, nunquid requiriſ, q̃ transferaſ poſſeſſio. Et vr̃, q̃ nõ, qa hęc actio hẽt inſtar rei vẽd.ff.e.l.eũ qui.§. in publiciana. in qua ſufficit traditio, dato q̃ poſſeſſio nõ transferaſ.ff.de fund.do. l. ſi fundũ. ff.de rei uendi.l.ſi ager. Ia.de Ra.dicit ꝯ̃, q̃ oportet, q̃ fiat poſſeſſor, qa aliàs ꝑſcribere, vel uſucapere nõ poſſet, & ita nec publiciana cõpeteret, vt d.l.eum qui facit ẽt ꝓ ipſo.eo.ti.l.traditionẽ. Ad arg.reſpondet, publiciana habet inſtar uendicationis, &c. Verum eſt, quo ad hoc, vt fructus ueniant, & quo ad aliqua alia, licèt non quo ad oĩa. Aliqua.n.requiruntur in publiciana, q̃ non in rei uendicatione, & econtra. Sed huic opin. Iac. vr̃ obſtare ff. e. l.ſi ſeruitus ubi vr̃ expreſſum. Item quia hęreditati non acquiritur poſſeſſio.ff.ſi quis teſta.li. eſſe iuſ.fue.l.1.§. Scęuola.& tñ acquiriſ publiciana.ff.eo.l.ſue.§.pen.& in hac opi.eſt Pet. Item dicit gl. q̃ ſecundo requiritur titulus habilis ad transferendum dominium, ſi tradens eſſet dñs.

Sed contra opponitur, quia ſi petã rem ſuam, vt meã, & pronuntietur ꝯ̃ te, & tu tradas rem authoritate iudicis, nõ transfers dominium, quia ubi tradis rẽ tuã, ut meam, non transfers dominium.ff.de cõdi. cã data.l. 3.§. ſubtilius.& tñ certũ eſt, q̃ hoc caſu cõpetit. ff. de condi.cauſ. data.l.3.§.fi.& ſic nõ vr̃ requiri titulus habilis, & eodem modo poteſt opponi contra illud, quod gl.requirit. Tertio videlicet, q̃ res tradatur à non dño. Contra imo ſi in caſu pręmiſſo tradatur à uero domino, non transferẽ dominium, & ita in caſu ꝑmiſſo nõ refert, utrum à uero domino, vel nõ domino tradatur. Iac.dicit, q̃ hę opiniones ꝓcedunt ex falſis, nam res iudicata eſt habilis titulus ad transferendũ dominiũ ff.de reb.corũ l.magis puto melius in l.3. §.itẽ q̃ri pôt. Et hoc probat per rõnẽ. iſta ſunt paria, transferre dominiũ, ubi dominus tradit, vel cãm vſucapiendi parat, ubi nõ dominus.ff.de cõtrahẽ. emp.l. clauib.ſed eã iudicati dat, & parat cãm uſucapiendi, vbi nõ dominus tradi, ergo transfert dominium. Nec obſt.§. ſubtilius.quia illa regula fallit ꝑꝑ authoritatem rei iudicatæ. Itẽ circa id, qđ gl.dicit requiri quarto & qnto opp. qa ſi egerim cõtra te ad rem, & mihi detuleris iuramentũ, & iurauero, datur mihi publiciana.ff. eod. l. eum qui. §.ſi mihi petenti. Si ergo nunc habeã iurare, qa crederẽ eũ dominũ, q̃ tradidit mihi, quod eſt neceſſe, ex quo ita oportet poni i facto ſm gl. ſequereſ, q̃ ſim periurus vel nunc quãdo iuro de calũnia, dato libello in publiciana, vel tũc, quãdo iuraui rẽ meã eſſe: vnde ſi iurẽ, q̃ non ſim dominus, quomodo me ſaluabo de primo iuro, quo iuraui me dominũ eſſe? Ad hoc dicas, q̃ iſtud quintũ nõ dẽt poni ĩ libello, ut dixi ſ.in prin. materię. & in hoc vr̃ decli
11 nare Iac.& Petr.poſt eũ. Itẽ dicit † Iac. q̃ requiriſ ſcriũ, q̃ inceperit uſucapere, & ad hoc adducit hũc §. iſtud pẽdet ab eo, qđ dixi ſupra an requiraſ, q̃ res fuerit tradita, & poſſeſſio adepta fuerit, certũ eſt, q̃ nec uſucapio incepta. Nunc expedito articulo, cui hęc actio cõpetit, uidea
12 mus contra quẽ deſ. Et certũ eſt † q̃ contra poſſeſſorem, vel detẽtorem rei, ſi non ſit dominus, quia exceptio dominij repelleret agentẽ.ff. eod.l.pen. niſi in caſibus, qui hic notantur in fin.gl. quã hic inſinua. Item exceptio nõ dominij quãque repellit, vide plene ff.eo.l.ſue §. ſi duob. vbi de hoc no.plene. In hoc tamẽ aduerte, qa illud, qđ cõiter dicitur, q̃ publiciana nõ cõpetit contra illum, qui habet cauſam ab alio. hoc eſt uerum, ſi ille, qui rem detinet, eſt in tali ſtatu, quod poſſit præſcribere, uel uſucapere, aliàs ſic. V.g.emi librũ bona fide, liber mihi ſurripitur, fur uẽdidit tibi, ago contra te publiciana, nunqd poſſum? Iac.dicit determinatũ fuiſſe Aureliæ, q̃ nõ, qa melior eſt cõditio poſſidentis, ubi à diuerſis dominis cãm habuit. Ipſe tamẽ determinat ꝯ̃, quia illa regula obtinet, vbi præſcribere, vel uſucapere, pôt qđ non pôt in caſu q̃ſtionis prædictę, quia res eſt furtiua, & iõ non excludit aliũ, q̃ potius ius hẽt, & cui cõpetit publiciana, cum non ſint in pari cã. Et hoc ſatis probatur, quia ubi duo habent cãm ab vno, & vni fuit res tradita, alij non, ille cui fuit tradita, eſt potior, quia eſt in cã uſucapiẽdi, alius non. Vnde ſi vnus habet titulum habilẽ ad acquirendum dominiũ, alius non, qa vnus forte emit, alius conduxit, uel nomine cõmodati, uel depoſiti recepit, potior eſt ille, qui
13 hẽt titulũ habilẽ ſm Pet. Itẽ † dic, q̃ in caſu, in quo publiciana datur titulo de ſe non habili ad transferendum dominiũ, habilitato tamẽ ꝑ accidens, & ꝑꝑ authoritatẽ rei iudicatæ, vel iuriſiurandi, q̃ tunc non datur contra quẽlibet poſſeſſorẽ, uel detentorẽ, ſed cõtra illũ tñ contra quẽ iuratũ eſt.ff.e.l.eũ q.§.ſi mihi petenti, quia publiciana illo caſu non competit, de uera & regulata natura ſua.& non mirum, ſi reſtringitur. uide plenius. j.eo.§.uẽ. ſi quis. Et ex his apparet, q̃ quamuis non poſſint eſſe plures domini in ſolidũ vnius rei, poſſunt tamen eſſe plures quaſi domini: nã pluribus daſ publiciana, quãdo plures eã dẽ rẽ emerunt bona fide, vt patet d.§. Et eſt rõ, qa vnius rei, vnicum eſt dominium, quod apud vnum tñ eſſe poteſt. Sed plures poſſunt rem habere bona fide, & ſic abſq; inconuenienti: ff.de acquirend.poſſeſ.l. 3.§. ex plurimis.
14 † Sed nunquid publiciana datur contra illum, qui dolo deſijt poſſidere? Dicas idem, & per omnia, ſicut in rei uẽdicatione dixi ſupra §.proxim. qa oĩa, quæ ſeruantur in vna debẽt ſeruari in alia.ff.e.l. eum qui. §. in publiciana. niſi repeririſ cõtrariũ expreſſũ. Et pôt dici, q̃ hoc caſu publiciana ſit utilis, ſicut dixi de rei uend.ſupra. §.1. Sed an publiciana, q̃ cõpetit ſuperficiario, uel uectigali eſt vtilis, vel directa? Vr̃, q̃ utilis, ad inſtar rei uẽd.ff. ſi ager. vectig.l.1.in fi. & ita reperiretur quaſi dominiũ directũ, & quaſi utile ad inſtar dominii. Sed hoc vr̃ ſatis nouum, nec vr̃ de mente legum, vnde vr̃ ideo, q̃ ſemper ſit directa: vnde rei uend. ideo dicitur vtilis, quia cõpetit vero domino, & extenditur ad dominum non verum, contra ſubſtantialia principia ſua per quæ non cõpetit, niſi dño uero, ſed in hac non ſic, quia hæc nõ requirit dominium, ſed quaſi dominiũ; nõ diſtinguẽdo q d: vnde ꝑtor, q̃ eam ĩtroduxit erat largus, & ĩtroduxit eã ſimpliter, & liberaliter, & vnã ꝓ omni quaſi dñio ff.e.l.cũ ſponſus.§.in uectigalib. Hæc ꝓcedunt ubi publiciana cõpetit ad corporalia, ſed ubi ad incorporalia, iuxta l.ſi ego.§.1. ff.eo. tunc datur cõtra impedientem, licet non poſſideat, vt dixi in

conteſſo-

confeſſoria ſ.proxi.§.Quidã in dubium reuocant,an re-
quirať,ꝙ pretiũ ſit ſolutũ.Et dicit Iac.ꝙ Rainerius tenet,
ꝙ ſic,quia ad hoc,ꝙ cõpetat publiciana requiritur bona
fides,certum eſt autẽ, ꝙ ille,q recipit nõ habet bonam fi
dem,nec titulum,niſi ſoluerit pretiũ, vel fides fuerit ha-
bita de ꝑtio.ff.de contrah.emp.l.quod uendidi. Præterea
dominiũ non transferretur aliter,niſi dominus uenditor
eſſet,ergo nec cã uſucapiendi,vbi nõ eſt dominus, cũ ad
paria iudicentur.eo.tit.l.clauib. Iac.dicit cõtra ſequẽdo
tex.& gl.ff.eo.l.de pretio.& idẽ ſequitur Pet.Ad arg.Ro-
fred.reſpondet,quòd ille,qui emit,debet habere bonam
fidẽ,id eſt,ſe credere venditorem habere ius uendẽdi, &
non eſſe rem alienã.ff.de uerb. ſig.l.bonę fidei, non autẽ
hoc caſu debet credere ſe ſactum dñm:ſed adhuc hoc be
ne indagatum nõ eſt,& vr̃ neceſſario , ꝙ ad hoc, ꝙ com-
petat publi.pro re mobili,ꝙ oporteat pretium eſſe ſolu-
tũ,vel fidẽ habitã de pretio,quia emptor, qui alio mõ re-
cipit cõmittit furtũ ff.de furt.l.cum qui.2.reſpõ. & eſt ꝑ-
do.ff.de acq.poſ.l.ſi ex ſtipulatione.& ita non põt uſuca-
pere,ſicut nec publiciana agere,quia actor non habet in
publiciana ponere , nec probare , ꝙ pretiũ ſit ſolutũ uel
fides habita de pretio:& ſic intelligiť lex de pretio. Si tñ
reus dicat actorẽ eſſe malæ fidei poſſeſſorẽ , qa propria
authoritate rẽ accepit,& cõtra uolũtatẽ uẽditoris,& pre-
tio non ſoluto,oportet,ꝙ actor replicet, & oſtendat, ꝙ
habuerit de uoluntate uenditoris,uel ſaltẽ ipſo ſciẽte, &
nõ contradicente,quo caſu non eſt fur,nec ꝑdo.C.de ac
qui.poſ.l.animus.uel ſe ſoluiſſe pretiũ.& ſic dẽt intelligi
d.l. de pretio. Item cum actor habeat ꝓbare traditionẽ:
ipſa probata vr̃ habita fides de pretio,ut dixi ſ. de rerum
15 di.§.uenditæ.Sequiť uidere de quinto,† quid uenit i hãc
actionẽ.Hoc non reperitur bene expreſſum: dici tñ põt,
d d ꝙ oĩa ueniunt,quæ in rei uẽdicatione , ſicut reſtitutio
rei,fructus,& dãna,& in ſumma dic,vt in rei uendicatio
ne dixi ſ.eo.tit.§.1.quia inſtar eius ſequitur.ff. eod.l.eum
qui.§.i publiciana. Videamus de ultimo,uidelicet de for
ma libelli,& gl.ponit diuerſos modos formãdi. Primos
duos reprobat,quia agens mentiretur. & credo , ꝙ bene
dicit,& hoc etiam ſequuntur Doc.Item gl. reprobat ter-
tium modum alternatiuum,& idẽ ſequuntur Doc. Vr̃ ta-
men expeditum,quòd hodie debeat admitti de iure ca-
nonic.extra de ſenten.& re iud.c.Abbate.& ibi tenet Ar-
chi.& notabat de hoc extra de in inte.reſt.c.conſtitutus.
& Spe.q non figit pedẽ,de actio.ſeu petitio.§.ſequiť.uer.
itẽ no.de cauſ.poſſ.& propri.§. nunc dicendũ. Quicquid
e tñ dicãt,patulo patet, quia talis libellus , e de iure non
procedit,niſi in caſu,in quo eſſet incertitudo probabilis
per §.quia autẽ ff.quorũ leg.l.2.& factum aduerſarii. Sed
Inn.intelligit illum §.gñaliter quomodocunq; ſit incer-
titudo probabilis.ut Do.in d.c.conſtitutus.Ex illo intel-
lectu poſuit illa uerba in d.c.Abbate.cuius fuit author,&
credo,ꝙ ſit bonus intellectus.ff.ſi pars hęred.peta. l.1.§.
ſi.de rei uen.l.quæ de tota.§.ſi.Vnde ſm intellectũ illum
põt dici,ꝙ ubi agẽs publiciana,hẽt cãm dubitandi,an au
thor ſuus eſſet dominus , quia forte emit ab ignoto , uel
viatore,tunc admittať libellus , ſed ubi author eſt certus
& notus,& ꝑt certificare de domino,non uidetur habe-
re colorem,ꝙ talis alternatiuus libellus admittatur.

Sed q̃ritur in rei uendicatione,ſufficit me dicere dñm
nec habeo ponere cãm mediatam, nunquid idẽ in publi
ciana? Videtur,ꝙ ſic,per d.c.Abbate. ubi uidetur expreſ-
ſum,& hoc uidetur ſentire gl.hic in libello , quẽ appro-
bat,ubi ponit ſolum cauſam,quaſi dominij,ſed hoc non
vr̃ uerum,quia quæ ſunt neceſſario probabilia,ſunt poni
bilia ſeu poſſibilia, ſed neceſſario oportet ꝓbare titulũ,
ergo neceſſario oportet poni. Primum probat , qa teſtes
non debẽt deponere,niſi ſuper contentis in libello, nec
interrogari,ut notatur in l.ſi quis libertatẽ.§.1.ff.de peti-
f tio.hær.Quod autẽ ꝓbari debeat titulus, f patet per to-
tã hãc materiã,& ff.eo.l.quęcunq; §.qa pupillo.Spec.in
ſuo libello ponit ſolum quaſi dñium,nec quicquã ponit
de cã mediata,ut d.§.non dicendum.Quicquid ſit,ſi non
debeat poni in libello,oportet,ꝙ ponať in articulis , ſu-
per quib.teſtes examinabitur. Conſueuerunt quęri circa
16 hanc materiã,utrũ ſnĩa lata in rei † uendicatione , obſtet
exceptio rei iudicatæ in publiciana,uel econtra.De hoc
nõ eſt quæſtio ſm Dy.quia expreſſum eſt ff.de euict.l.mi-
no.§.ſi ſeruos.qđ uerum eſt, ubi eſt actum altera. Sed qd
ſi actũ ſit utraq;, quia actor facit libellum alternatiuum,
dicendo,ꝙ res pertinet ad ipſum iure dominii , uel qua-
ſi.Tunc credo contra,etiam ſi alterum tñ ſit in proceſſu
proſequutus.totum.n.ius ſuum in iudicio deduxit. ff. de
excep.rei iudi.l.& an eadẽ.§.actiones. & idem dicerem,
& crederẽ,ſi dixiſſet ſe quaſi dñm,ex vna cauſa, quia for-
te emit,quia non poterit agere ex alio, dicẽdo forte rem
ſibi donatã,per hunc § & hunc qñ nõ expreſſit ab initio,
ut eo.ti.l.ſi mater.§.ſi quis autem.iunge ĩ.eo. §. ſic itaq;.
17 Sed † nunquid debet cõcludi in hac actione, ad declara
tionẽ,uel rei tñ reſtitutionẽ? Gl.Spe. & quaſi oẽs Doct.
cõcludunt ad reſtitutionẽ.Seruitus tñ , ꝙ cum hęc actio
ſit realis,& habeat inſtar rei uendi.ut l.eum qui.§.in pu-
bliciana. ꝙ cõcludať ad declarationẽ quaſi dñii ſm Pet.
Et potes ſic formare. Corã uobis dño tali iudice dicit &
proponit Titius actor,contra Sempronium reum , quòd
licèt talis res ad ipſum pertineat iure quaſi dñii,quia eam
emit à tali,quẽ dñm eſſe credebat, eamq; per ueram tra-
ditionẽ accepit,eiuſq; poſſeſſionẽ ademptus fuit , eratq;
in cã uſucapiendi,cũ à poſſeſſione cecidit, nihilominus
Sempronius poſſeſſor,uel detẽtor eiuſdẽ, eandẽ rẽ dimit
tere,& reſtituere dicto Titio denegat minus iuſte , quare
petit dictus Titius dictam rẽ ad ſe iure quaſi dñii pertine-
re per ſnĩam declarari,& hoc declarato,per officium ve
ſtrum compelli,dictam rem eidẽ Titio reſtituere, cũ fru
ctibus,& dãnis &c.ut dixi in rei uendi.ſ.eod.§.1. Et hoc
qñ publiciana cõpetit pro corporalibus.Si autẽ ad i cor-
poralia iuxta l.ſi ego §.1.ff.eo.tũc formabis ſic.Dico ego
talis,cõtra talẽ,ꝙ licet talis conſtituerit mihi ſeruitutem
in tali fundo meo tranſeundi per fundum , quẽ credebã
eſſe ſuũ ad fundũ meum,eiuſdẽ ſeruitutis quaſi poſſeſſio
nẽ habens,bona fide,nihilominus tñ, idẽ talis me impe-
dit (declara impedimẽtum) quominus uti poſſum dicta
ſeruitute minus iuſtè,quare peto dictã ſeruitutẽ,quaſi cõ
petere fundo meo ꝑ ueſtrã ſnĩam declarari. Et hoc decla
rato,impedimentũ ꝑdictum amoueri, & in futurum ca-
uere de non impediendo , & intereſſe & damna &c. Et
conformata eam ad id,quod dixi ſupra §. proxi. de con-
feſſoria,niſi in hoc.Et dic,ꝙ in hoc eſt iſta actio utilis,qa
non tenetur probare dñm illum, qui conſtituiť ſeruitu-
tem,nec forte ſe dñm fundi , cui eſt ſeruitus conſtituta,
quod alias eſſet neceſſe,ut l. 2.ff.ſi ſerui.uend.qa de natu
ra publicianę eſt, ꝙ in ea nõ oporteat probari dominiũ.
18 † Sed ad hoc poſſet dici , ꝙ uerum eſt,quod nõ tenetur
ꝓbare dñm ſuum authorem, nec ſe ex illo cõtractu quo
nititur,quia titulus, & bona fides habeãtur loco dñij in
hoc caſu,ſed quo ad dominiũ fundi ſui, cui dicit deberi
ſeruitutem,ſup quo nihil allegat nec titulũ, nec bonam
fidem habet,qn ꝓbare haberet dominiũ,uel ſaltem qua-
ſi dñium i caſu,quo nõ poſſideret ſeruitutem, iuxta opi.
Azo.de qua ſ.§.pxi.Hęc procedãt quãdo agiť de ſeruitu
te reali debita à re rei , ſi aũt à ꝑſonali debita à re ꝑſonæ
cõcludereť ſic.Quare petit ſeruitutẽ talẽ ſibi deberi &c.
g Sed q̃riť g quare hęc actio fuit melius nominata per
ſe,& facit certã ſpeciẽ, q̃ bonorum poſſeſſio hęreditatis
petitio,q̃ non eſt certa ſpecies,ſed ciuilis extenſa , ut no.
de bon.poſſ.hęre.per l.1.Vnde potuiſſet prętor extendiſ-
ſe rei uendic.ciuilem ad hunc caſum, uel confeſſionem
ciuilẽ.Sed ad hoc poteſt reſponderi, quia dñs , & nõ do-
minus non habẽt tantam conformitatẽ inter ſe,ſicut hę-
res,& bonorum poſſeſſor,vnde rei uẽd.& cõfeſſoria,quę
cõpetũt dominis,non debuerunt extẽdi ad caſũ nõ dñij
ſibi cõtrarium,ſed hæres & bon.poſſ.non ſunt contrarij.
19 Sed cur publiciana † non datur creditori,qui habet cau-
ſam à nõ domino,ſicut ſeruiana extẽdiť ff.de pig.l.ab eo.
& cõfeſſoria & negatoria,ut ſ.§.proxi.notatum eſt.ff. de

ſeruitu.l.ei qui.Sol. quia eſſet contra naturam publicianę,quę requirit titulum habilem ad transferendum dominium, vt ſupra dictum eſt, & creditor non habet titulum dominij confeſſoria uero, & negatoria non videntur ei competere,ſed vtilis hypoth.vt not.d. l.ei qui.

a *Adnot.* Quida. Vide hic Iaſo.qui narrat alternationẽ fuiſſe,inter ultramõtanos,& citramõtanos, an hic ſit §. uel nõ.

b Circa medium.Vide hic Ange.in 2.col.uerſi. in glo. ſed iſte.& Iaſo. 7.col.in prin.

c In gl.Vide.hic Ang.ſingulariter loquentẽ, & ſup finem gl.uide Iaſ.in 9.col.& ibi q̃rit, nunqd publiciana detur ſeudatario,uel uaſſallo ad uendicãdũ rẽ ſibi ifeudatã.Itẽ ſequẽti col.q̃rit nunquid publiciana cõpetat uero & directo dño.

d Poteſt.Vide Ang.in 2.col.in fin.uerſi. quid ueniat.

e Talis libellus.Vide hic Iaſ.ſup hãc gl.in aij. col. & ſeq.& Ang.hic in 5 col.uer.in gl.dicit.uide Pe. la.in ti.de ac. pub.

f Titulus. An autem ꝓbare debeat agens publiciana, poſſeſſionem ſui authoris,item qs ſit effectus iſtius actionis: & eius condemnationis,uide hic per Ange. in ultim. colu.

g Sed quæritur.Hanc quæſtionem format Iaſ.hic in 2.col. poſt prin.in uer. Secundum dubium. & laudat Ioan. Fabri de hac reſponſione ſua,& uide ſuper hoc do. Iaſ.in ſex ult. col.multa pulchra,& notanda in materia conſcientiæ.

1 *Reſtituendi.*
2 *Vſucapio qui reſcindatur.*
3 *Reſcindens,& reſciſſorium. 12.*
4 *Vſucapioni an,& quantum tempus ſubducendum.*
5 *Reſtitutio quibus negatur 33.*
6 *Læſionis tempus ſpectari qui accipiendum.*
7 *Reſciſſoria actio, & qualis.8.*
9 *Reſciſſoria ad quæ agendum. 10.*
11 *Dominium qui amittatur.*
13 *§.Si conditionalis.ſenſus.*
14 *Reſciſſoria quando agendum.*
15 *Reſciſſoria tempus.*
16 *Reſciſſoria an perpetuari queat.*
17 *Reſcindens tempus.*
18 *Reſciſſoria excipi & perpetuo. 19.*
20 *Reſciſſoria cui & in quem detur.21.*
25 *Reſciſio qui petenda.*
23 *Reſtitutio qui fiat.& 24.25.27.28. 31.*
26 *Reſcindens & reſciſſorium qui concurrunt.*
29 *Læſio quando an non, probanda. 30.*
32 *Legatorum remedium.*
34 *Reſpub qui accipienda.*
35 *Publicum.*
36 *Fiſcum uaria accipi.*
37 *Eccleſiæ reſtitutio ad prælatum non trahi.*

Rurſus ea diuerſo ſi quis.Iſte §.habet duas partes.Primo, ponit de reſtitutione concedenda pręſenti contra abſentem.Secundo,econtra,de reſtitutione danda abſenti contra pręſentem,& de multis alijs caſib.in quibus reſtitutio conceditur.Prima in principio. Secunda ibi, qđ genus &c.Caſus ſatis planus eſt. Sempronius emit librũ meum à Titio,bona fide,& per traditionem accepit: iuit vltra mare,vel aliquò extra prouinciam, cauſa reipublicę ante finitam vſucapionem,& antequam agerem contra ipſum, vel forte fuit captus ab hoſtibus,cum eſſet in fortia hoſtium,antequam rediret compleuit vſucapionẽ libri mei,deinde rediit. Quęritur quomodo mihi prouidebitur,ne meum librum amittam, quem petere nõ potui propter eius abſentiam. Imperator reſpondet, ꝙ ego librum meum poſſum petere intra annum, reſciſſa uſucapione,quaſi meum,& uẽdicare quaſi meum, ac ſi poſſeſſor,non vſucepiſſet,hoc in primo dicto.

Sed pone ĩ uer.quod genus.Domine Imperator, quid erit,ſi pręſens vſucepit rẽ abſentis, vel in multis alijs caſibus,in quibus quis non põt rem ſuam petere,ꝑꝑ legitimum impedimentum, nunquid ſubuenietur illi impedimento? Imperator reſpondet,ꝙ prętor, qui hanc actionẽ introduxit,accõmodat eis hanc actionem,ſimili ęquitate motus,ut hoc ex latiore Digeſt. uolumine intelligere licet,hoc dicit.Viſo caſu,uenio ad gl.quas addiciare intẽdo in paucis locis,quia expeditio,& declaratio earũ cadet in proſecutione materiæ ꝓ maiori parte. In glo.ſ. ciuitatis.in fi.an autẽ alię ciuitates à Romana reſtituantur,videbis in proſecutione materię.In gl.qui ſint.ibi credo,ꝙ ſit hoc uerſi,quia vbi agiẽ de reſtitutione concedenda pręſenti contra abſentem,non refert de cauſa abſentię.ff.eo.l.item ait prętor.§.fin.& vide de his ĩ. glo. 2. In

a ea.gl.in fi. a vide ſ̃.de iure naturali gentium,& ciuili.§. is autem.uer.bella. In glo. id eſt, ſeruitute.ſic ſumitur ſ̃. de his qui ſui,vel alie.iur.ſunt.§.1.& 2.In ea.gl.ibi,id eſt iuriſdictione.ff.de iuri.omnium iudi.l.imperiũ.& l. cum qui.§. 1.melius.ff.de pign.l.fideiuſſor.de ędilitio edicto. l.quis ſit fugitiuus.§.pen. In ead.glo.ibi.ſub prolatis. hoc non reperitur bene expreſſum, quòd clerici ſint ſub ptãte epiſcopi,niſi recipias ptãtẽ pro iuriſdõne, vt ſ̃. ꝓxime, ſed religioſi ſunt ſub obediẽtia,cũ non habeãt uelle, nec nolle.aij.q.1.c.nõ dicatis.extra de electio.cap.ſi religioſus.lib.6.extra de teſtamẽ.c. 2.In ead.glo.ibi,l.poteſtatis. item ſumitur pro regimine.ſ̃.de tutel.§. tutela. Itẽ pro facultate reſtituendi.ff.de noxa.l.quoties. itẽ pro libera detentatione.ff.de uſucapio.l.ſequitur.§. tunc in poteſtatẽ.

b In ea.gl.in fi. b non intelligas,ꝙ ius poſtliminij habeat locũ,niſi in peculiarib.ff ex quib.cauſ.maio.l.denique & ibi plene de hoc.In gl.quaſi dicat,ibi, ꝓ quo erat. ff.ex qb.cauſ.maior.l.ſi cui.§.tandiu.In ea.gl.l.ab hoſtib. §. ſed quod. de hoc ſtatim uidebis in tractatu materiæ.

In ea. glo.in fi.hęc gl.eſt aliquãtulũ obſcura, & intrat materiã,quã nõ oportet hic intrare, videlicet ex qua cã abſens reſtituaẽ:de qua ff.de in integ.reſtit.l.fi. Vnde vult

1 dicere gl.ꝙ hoc edictũ duo habet capita. † nã Interdum pręſens vult reſtitui contra abſentem, interdũ abſens cõtra pręſentẽ.Primo caſu nõ curatur ex qua cã aliquis abſens fuerit,ſed ſolũ,ꝙ pręſens non haberet,quẽ conueniret,ſic intelligitur iſte §. ſed in ſecundo caſu eſt differentia ex qua cã qs abſens fuerit,vt plene notatur.in d. l.fin.

Itẽ caue,quia hoc intelligitur,uidelicet,ꝙ pręſens reſtituaẽ cõtra abſentẽ,ſi non fuerit,q defenderat abſentẽ,nã ſi habuerit defenſorẽ procuratorẽ,uel amicũ,nõ reſtitueretur præſens.ff.ex quib.cauſ.l.1.§.uerba melius l.itẽ ait prętor.§.hoc aũt reſtitutio.& ſic oportet,ꝙ pręſens fecerit diligẽtiã ſuꝑ hoc.An autẽ hodie hoc ſit correctũ,vide plene.ff.ex quib.cau.maior.l.is qui. quę gl.eſt neceſſaria ad intellectũ huius §.& uide eo.ti.l.item ait prętor.§.fin. In gl.per in integrũ reſtitutionẽ.in fi.vide de his in proſecutione,quã proſequimur per quęſtiones.Et primo,quia tex.dicit hic vſucapione reſciſſa poteſt petere,&c.Quęritur quomodo reſcindetur uſucapio? & ſuꝑ hoc ſunt opiniones in gl.Quidam dicunt, ꝙ reſcinditur per in integrũ † reſtitutionẽ,& ita officio iudicis, nã reſtitutio ĩ in-

2 tegrũ ꝑ officium iudicis expediẽ.ff.de mino.§.fi. Alij dicũt,ꝙ reſcinditur ipſo iure,& ſtatim ſine reſtitutione,vt hic notaẽ in gl.ꝑ in integrũ reſtitutionẽ, &c. Tamen cõcors eſt opinio oium Doctorum, quod per in integrum reſtitutionẽ,& ita per officium iudicis reſcindaẽ: & hoc probat Dy.inter cæteros,quia reſtitutio maiorum, & minorum ęquiparatur.C.de tempo.in integ.reſtit.l.fin. Sed reſtitutio minoris petitur per officiũ iudicis,vt l. quòd ſi minor.§.ſi.ff.de mino.ergo, & reſtitutio maiorũ, & pro hoc facit iſte tex.cum dicit,reſciſſa.etiã dãdo intelligi expreſſe, ꝙ oportet reſcindi antequã agaẽ reſtitutoria.C. de cap.& poſtliminio,& re.l. ab hoſtibus. la 3. & hoc vr̃ quaſi expreſſũ ff.ex quib.cauſ.maior.l. ſi quis ſtipulatus. Vñ ſcire debes,ꝙ eſt iudiciũ reſcindens & reſciſſorium ſm oẽs Doc.Iudiciũ reſcindens † eſt officiũ iudicis, per

3 qđ daẽ in integrum reſtitutio,& reſcindiẽ obſtaculũ, qđ impediebat reſtitutũ agere, & rẽ reponi in ſtatu, in quo erat rpe,quo læſio cõtingit. Reſciſſoriũ eſt quod cõpetit reſciſſo obſtaculo. Verbi gratia, vſucepiſti meã rẽ, quam potuiſſem uendicare,niſi fuiſſet tua abſentia: daẽ in integrum reſtitutio,& reſcinditur uſucapio, ita ꝙ ego rem meã uendicabo,perinde ac ſi non fuiſſet vſucapta.& hoc dicit iſte §. & hęc ĩ integrũ reſtitutio datur per officium iudicis,& uocatur iudicium reſcindens.Sed rei vendicatio, quę reſciſſa vſucapione cõpetit,vocatur reſciſſoria.

Sed

Sed quęrit̃ utrũ hęc ſint vera perpetuo, quòd competant duo iudicia, reſcindens, & reſciſſorium, ſicut hic dr̃? Dicas quòd non, vnde hoc demũ obtinet, vbi lęſo cõpetebat actio ad rem, vel erat competitura, ſi non fuiſſet abſens, uel aliàs impeditus. V.g. tu tenebas rẽ meã, habebã actionẽ ad eã, quæ eſt extincta ꝑ abſentiã, uel impedimentũ, tũc obtinet, quod dixi. Vel pone, ſtipulatus ſum, vel ſunt mihi legata decem annua, annis, quibus eram in patria. Ego abfui cã reipublicæ, & ita non fuit mihi quæſita actio, ſeu nata, reſtituar per officiũ, ut agerę poſſim, ac ſi præſens eſſẽ, iuxta d. l. ſi quis ſtipulatus. & hoc caſu nõ proprie dr̃ reſciſſoria, imo potius reſtitutoria, vt ff. ad Velleianum l. quamuis. §. ſi mulier. §. ſi cũ eſſem. Sed ubi non competebat actio læſo, qa forte poſſidebat rem, vel eſt læſus aliàs, quã in perdenda actione nata, vel naſcenda, tũc totũ expedit̃ per officium, nec datur reſciſſoria. V.g. poſſidebã fundũ uel tẽpore quo incępit abeſſe, tu cũ occupaſti, reuerſus peto ĩ integrũ reſtitui. certe ergo nõ reſtituar ad agendũ, & ita reſciſſoria mihi nõ cõpetit. Sed ad poſſeſſionẽ meam, & ad ſtatum in quo eram, tempore quo receſſi, uel forte cõſtitui procuratorẽ, q me ĩ abſentia defenderet, & exceptionẽ omiſit, peto reſtitui, vt poſſim eam ꝓponere ꝑ officiũ iudicis, ut ad hoc admittar, nec tũc dat̃ reſciſſoria. ff. de mino. l. in cauſæ. la premiere. §. interdũ. ff. de admi. tut. l. ſine hærede. §. interpoſito. ex qb. cauſ. maior. l. ab hoſtibus. §. ſi damni. & de hoc ff. de ꝑcu. l. qui proprio. §. itẽ quæritur. & iunge ĩ. q. pen.

Itẽ dic, ut ibi impedimẽtũ, qđ in abſentia mea eſt oppoſitũ, fuit appoſitũ de facto nõ authoritate iudiciali: ſic ꝙ actio mihi directa cõpetit abſq; reſti. in integrũ: quod illam poſſũ intẽtare. C. de cap. & poſtli. l. ab hoſtib. nec tunc habet locũ reſtitutio. ff. de mino. l. in cauſæ. la 1. §. interdum. & ex hoc nata fuit quęſtio inter Marti. & Bulg.

a Pone ꝙ c. vſucapio, q̃ per magnum tempus currebat in abſentia, fuit cõpleta in præſentia. V.g. tempore reuerſionis, reſtabãt ad cõplẽdũ ſex, vel octo mẽſes de termino, qui fuerunt cõpleti in pręſentia vtriuſq; partis, nũquid dabitur in integrũ reſtitutio, ut ſubducat̃, & reſtituatur tantum tẽpus, quãtũ fuit abſens? Mar. dicebat, ꝙ non. Bul. cõtra dicebat, ut plene notat̃ in l. quod tempore. C. de reſt. militũ. & l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. maior. Glo. tenet ubique opin. Bulg. & illã etiã ſequitur Dy. hic Pet. de Bellaper. tenet opin. Mar. pro qua eſt caſus in l. ab hoſtibus. §. fin. ſm̃ eum. Azo. in ſumma de reſti. mili. §. quod autẽ. dicit ꝙ ſententia Bulg. nititur maiori æquitate, ſed ſnĩa Mar. fulcitur maiori authoritate legum, ideo tutius eſt eam tenere. Hæc quæſtio eſt multum trita. Inn. videtur tenere opi. Bulg extra de verbo. ſig. c. dilecto filio. Iac. Barb. quæ decretalis facit bene pro Bulg. ſupponit. n. ꝙ niſi totũ tẽpus eſſet elapſum in pręſentia, quod ſubducitur tempus abſentia, ſed ibi videtur Papa ex gratia procedere. Pręterea poteſt reſponderi quando ibi dicitur, ꝙ niſi totum tempus, &c. ſub. uel tantum quod potuerit negligentiæ imputari. Item facit pro Bul. quia pœna non dẽt extendi ultra quàm reperiatur delictũ. ff. de his qui. ut indig. l. hęres. & l. reſcriptum.

Sed conſtat ꝙ ſi tẽpus abſentię nõ ſubducat̃, negligentia ſubſequentis temporis extẽderetur ad tẽpus non negligentię: quod eſſet iniquũ, & contra leges prędictas, ergo nõ concedendũ. Item regula eſt infallibilis, quod lęſus per iuſtam abſentiã reſtituitur, ne officiũ ſit ſibi dãnoſum. ff. eo. l. videlicet. & l. necnon. §. fin. & l. ſeq. Sed conſtat, ꝙ abſens eſt lęſus in abbreuiatione vitę actionis ſuę, quamuis uſucapio cõpleta fuerit in præſentia, ergo dẽt ei ſubueniri. ff. de leg. 1. l. creditori. Pręterea ſicut reſtituitur abſens contra præſentem, & ſic ecõtra, pręſens cõtra abſentẽ. ff. ex quib. cauſ. maio. l. 1. §. 1. Sed conſtat, ꝙ vbi miles abſens inchoauit pręſcriptionẽ, & hęres cõpleuit, dat̃ ꝓſenti reſtitutio cõtra hęredẽ, ergo & in hoc caſu dabit. ff. ex quib. cauſ. maior. l. cũ miles. lex. n. illa ſupponitur hęredẽ fuiſſe pręſentẽ, alias non haberet dubiũ.

Præterea ubi læſus petit reſtitui: inſpicitur tempus læſionis nõ tẽpus ſubſequẽs, in quo reſtitutio non concederetur. ff. de min. l. 3. §. ſcio. Conſtat autẽ in caſu nr̃o, ꝙ abſens læſus fuit in curſu tẽporis, & uitæ ſuæ actionis, ut ſatis ſupra ꝓbatũ eſt, ergo habito reſpectu ad tempus illius læſionis, non ad tẽpus ſubſequens, dẽt cõcedi reſtitutio.

Præterea hoc eſt expreſſum in l. qđ tẽpore. C. de reſti. mi. dicit, o. ſublata pręſcriptione medij temporis, &c. qđ tẽpus poſſet dici mediũ, niſi eſſet cõpleta in pręſenti. Et ſi dicas, poſt reuerſionẽ modico tempore fuit completa, tu diuinas, qa tex. hoc nõ dicit. Vnde lex aperte dicit, ꝙ nedũ inſpicitur tempus, quo præſcriptio cõpletur in reſtitutione concedenda, & ſubducendo tempore, imo & tẽpus cuiuslibet abſentię ꝓcedentis. ff. qui. cau. ma. l. necnon. §. ſi qs ſępius. ꝑ quã cõcludit̃, ꝙ præſcriptione completa habetur relatio ad tempus abſentię pręcedentis.

Pręterea leges dicũt indiſtinctè tẽpus abſentię deduci, & reſiduũ computari, non diſtincto utrũ concurrerũt ante vel poſt: & ſic indiſtincte eſt tenendum. C. qua. non obſt. longi temp. pręſcrip. l. pręſcriptione. Preterea cum tẽpus totũ uſucapionis, & pręſcriptionis in odiũ negligentiũ concedat̃, & contra dominos pręfigatur, ſi ultimi temporis poſt reuerſionẽ elapſi negligentia excludit reſtitutionem, cur non & primo? cum ita fuerit negligens in primo, ſicut in ultimo, & tamẽ nullus vnquã præſumpſit dicere, ꝙ negligentia temporis pręcedentis excludat reſtitutionem? Verbi gr̃ia, pone, ꝙ duobus annis, & menſibus ſex uſucepiſti, in pręſentia mea, ultimis ſex menſibus abſui cauſa reipublicę, nemo diceret, ꝙ negligentia pręcedentis tẽporis me excluderet à reſtitutione, cur ergo ſubſequens, cũ totum tẽpus vniformiter conceſſũ ſit, ad uſucapionẽ, ſeu ꝓſcriptionẽ, & ad me excludẽdũ non vr̃ ratio. Pręterea illud, qđ ſeruatur circa res, debet ſeruari circa tẽpus. ff. de mil. teſt. l. miles. §. quod diximus. Sed ita eſt, ꝙ negligentia, ſeu denegatio reſtitutionis circa vnã rem nõ excludit ab alia, ergo nec negligẽtia vnius tpis, excludit quominus detur reſtitutio de alio. argu. l. 1. §. ſi duę. ff. quorum pro lega. Pro opi. Mart. faciunt iura & rationes. Certũ eſt ꝙ hęc reſtitutio denegat̃, ubi põt agenti negligentia imputari. Sed huic reuerſo, poteſt negligẽtia imputari, qui poſt reuerſionẽ, & modicũ tps habuit ſatis tempus ad agendum, ergo reſtitutio denegatur ſub. iſta uia fortiſſime faciunt leg. ff. ex quibus cauſ. maio. l. it. qui. ubi lite inchoata ſuper ſtatu, ſi lędatur, non reſtituitur, ut e. tit. l. itẽ ait prętor. §. ſi. nbi nõ reſtituit̃ pſens contra abſentẽ, ſi habuit cõtra quẽ ageret, ut l. ſed & ſi ꝑ prætorẽ. §. ſi. & l. is q reipublicę. Pręterea ubi lęſio contingit in pręſentia reſtitui petẽtis, reſtitutio denegat̃. ff. qui. ex cau. maio. l. ab hoſtib. §. ſi dãni. Negari nõ põt, quin huic reuerſo, qui permiſit cõpleri uſucapionẽ, lęſio cõtigerit in pręſentia, q per conſummationẽ uſucap. lęditur, ergo nõ debet reſtitui, cum fuerit negligens euidenter. Pręterea reſtitutio datur lęſo in abſentia, ille autẽ nõ fuit lęſus in abſentia, ergo non datur ei reſtitutio. Quod non fuit lęſus in abſentia apparet, qa nos loquimur in caſu, quo non fuit cõpleta uſucapio in abſentia, & ita ius patris integrũ erat ei, qñ reuerſus fuit, & ſic nõdũ erat lęſus. Pręterea opi. Bul. nõ põt eſſe bona, quin ſequat̃ incõuenięs: b ipſe dicit, quòd cõpleta uſucapione, ſeu pręſcriptione in c pręſentia, datur reſtitutio, ut ſubducatur tẽpus ꝓcedens abſentię, hoc non poteſt eſſe. Pone ꝙ ille, cuius rem tenebã immobilem, fuit abſens duobus uel tribus annis, reſiduo tẽpore pręſens. Si tu dicas, ꝙ non poſſit reſtitui cõpleta præſcriptione, ſequitur quòd reſtituat̃ poſt quadriennium, quod currit à tẽpore reuerſionis. ut l. quod tempore. C. de reſti. mil. quod nullo modo eſt concedendum, quia hoc eſſet dicere cõtra legẽ illã, & cõtra l. ſuperuacuam. C. de tempo. in integ. reſtitu. Pręterea nullus poteſt euadere ſine calũnia l. ab hoſtibus. §. fi. ibi. n. cauetur expreſſe, ꝙ non poteſt reſtitui, niſi intra modicũ tempus pręſcriptio completa fuerit. Vnde ſi tu dicas, ꝙ poſt modicũ tẽpus, cõpleta uſucapione, poſſit reſtitui ad qd Vlpianus faceret mentionẽ de modico tẽpore, cũ poſſit

ita reſtitui nſucapione completa diu poſt reuerſionẽ, ſi-
cut poſt modicũ tp̃s, ſi illa opinio eſſet uera? Ad argumẽ
tũ in contrariũ põt reſponderi. Pro euidentia tamen ſci-
re te uolo, quòd reſtitutio fuit conceſſa à pretore mor-
tuo, tanquam beneficiũ contra ius cõe, vt l. in cauſæ. 2. ff.
de mino. iſtud beneficiũ non extendit, niſi quatenus ipſe
cõcedens voluit iuriſcon. eius interpretatores declaraue
5 runt. Conſtat aũt, ꝙ pretor noluit concedere † beneficiũ
reſtitutionis negligentib. qui tp̃e impedimenti, uel poſt,
habuerunt facultatẽ experiundi, igitur huiuſmodi bene-
ficiũ non dẽt ad illos extendi, quãuis ſi alias iure cõmu-
ni ſe iuuarent, rõ ſuaderet extẽdi. Per hanc uiã patet ſolu
tio, quaſi ad omnes rationes ad cõtrarium allegatas. Pri-
mo ad illã, pœna non debet excedere delictũ, &c. con-
cedo, ſed hic non eſt pœna, imo ſtatur iuri cõmuni, cum
bñficiũ reſtitutionis non conceditᷣ. Vnde nõ põt dici pœ
na alicui inflicta, ſi ei non datur gratia contra ius cõe.

Ad aliã: qñ dicitur, leſo datur beneficiũ reſtitutionis,
concedo, ſed non omni læſo, quia non læſo negligenti
per iura prædicta. Itẽ põt dici, ꝙ abbreuiatio vitæ actio-
nis non eſt iuſta cauſa dandi reſtitutionem. ff. de caſtren.
pecul. l. pater qui caſtrenſe. in fi. Ad aliã rõnem de §. ſcio,
per quem concluditur, ꝙ inſpicitur tempus læſionis, nõ
6 tẽpus † ſubſequens, dic verũ eſt in diligente, ſed in negli-
gente maiore non: qa nunq̃ fuit intẽtio prætoris, illi da-
re ſuũ beneficiũ, vt eſt dictũ. Preterea põt dici, quòd hoc
caſu currit tempus à tempore reuerſionis, vt l. qđ tẽpo-
re. C. de reſti. mil. Item ad l. quod tempore reſponde, vt
gl. reſpondet ſequendo Mar. & pro certo illa lex magis
facit pro Mart. quã pro Bul. & eodẽ modo ad §. ſi qs ſæ-
pius. & ad l. cũ miles. in omnibus gl. reſpondet pro & cõ-
tra exponendo ſecundum opinionẽ cuiuslibet. Itẽ ad ra-
tionẽ, quod leges indiſtincte dicunt tempus ſubduci. Re
ſpondeo, ꝙ imo diſtinguunt, ubi negligẽtia ſubſequi-
tur lapſum temporis, vt l. pro Mar. alleg. Item ad aliam,
quòd negligentia præcedentis tẽporis non excludit, cõ-
cedo, ſed negligentia ſubſequẽtis excludit, qa prætor nõ
intendit dare ſuum beneficiũ, vbi poſt abſentiam põt ne-
gligẽtia redargui, & ita modificauit ipſum, nec in modi-
ficando beneficio ſuo curauit de tẽpore precedenti. Et
eodẽ modo rñdetᷣ ad l. miles ita. §. qđ diximus. alleg. in
gl. Hæc opinio vr̃ procedere de mente iuris ciuilis. Sed
hodie de iure canonico, videtur, quòd ubi eſt leſio ĩ tẽ-
pore, ꝙ tempus ad petendum in integr. reſtit. currit à tẽ-
pore læſionis, & ita à fine preſcriptionis, & nihilominus
fit reſtitutio ad tñ tp̃s, quantũ fuit læſus, extra de in inte-
grum reſtitu. c. 1. in cle. Sed ibi loquitur in eccleſia, quæ
reſtituitur ita præſens, ſicut abſens. Sed nos loquimur in
maiore, cui nõ conceditᷣ reſtitutio, niſi ex cauſa, & qñ nõ
poteſt imputari. ſed eccleſiæ & minori conceditᷣ, etiã ſi
toto tẽpore præſcriptionis negligẽtia curriſſet. Vel dic,
ꝙ ibi loquitur quando læſio fuit in fine lapſus temporis,
quia loquitᷣ in eccleſia, quæ ſemper eſt præſens. Sed quæ-
ſtio noſtra loquitur in aliis terminis, prout ex ſupradictis
clarũ eſt uidere. Nunc quia de reſciſſoria hic tractamus,
d querit an hec reſciſſoria ſit diſtincta ſpecies d actionis.
7 Et eſt dicendũ ꝙ † hec reſciſſoria diceretᷣ actio, quæ
cõpetit impetrata reſtitutione, & eſt nomen generale ſe-
cundum Doct. & tñ reperio tex. qui uocant eam ſic. ff. ex
quib. cauſ. main. l. nec nõ. §. exẽplo. C. de cap. & poſtlim.
l. ab hoſtibus. Alio modo tamen ſumitᷣ. ff. de don. l. vt mi-
hi. & alio modo. ff. ad Velleianum l. quamuis. quaſi per
totam legem, illa tñ nõ dr̃ ibi reſciſſoria, ſed reſtitutoria.

Quæramus ergo, vt prius verum ſit diſtincta ſpecies
actionis. Dicit Iac. ꝙ quidam querunt, an ſit nomen, vel
cognomẽ actionis, ſed ſecundũ eũ de hoc nõ eſt curan-
dum, quia diſputatio nominũ, & ſtricte capientiũ eſt pti-
nacibus relinquenda. Sed an ſit ſpecies actionis p ſe, ipſe
dicit, quòd ſic. Primo per hunc tex. qui dicit, quòd genus
actionis, &c. vnde accipit hic genus pro ſpecie, quia le-
giſtæ non multũ curãt, quid ſit genus, nec qđ ſit ſpecies.
imo uocãt genus, quod Logici uocant ſpeciem. Secundo
pbat, ꝙ de ea ſpecialis eſt tractatus ĩter alias actiones in
hoc tit. & diuiſiones, q̃ fiunt in hoc tractatu ſunt penes
differentias ſpecificas, quare cum ponatur ſubaltero mẽ
bro vr̃ ſpecies actionis. Item quia eſt nouum genus agen
di, quod inducitur à pretore, quia primũ ſublatũ eſt, vn-
de nõ reuiuiſcit, nec ſecundum põt dici idẽ cũ primo. ff.
de ſerui. vrbanorũ prædio. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatũ. Petr.
de Bellaperti. dicit contra, quòd non eſt propria ſpecies
actionis, ſed cognomen inſtar actionis de peculio. ff. de
pec. l. 3. §. Iulian. & §. cui congruit ĩ. tit. e. §. pe. vñ ſi eſſet
ſpecies actionis, eſſet realis q̃dque, aut perſonalis. ĩ. e. §.
1. & tamẽ cõſtat, ꝙ eſt realis quãdoque, vt quãdo cõpetit
ad rẽ uẽdicãdã, quãdoque perſonalis, quãdo prima erat
perſonalis. V. g. ſi tu tenebaris mihi primo ex mutuo uel
cõmodato; & actio ſit extincta, reſtituitur mihi perſona-
lis, ad mutuum meum perſequendum, vel commodatũ,
hec non põt dici realis, & ſic concluditur nõ eſſe ſpeciẽ,
cũ non poſſit reponi ſub altero de mẽbris p̃dictis. Huic
opinioni videntur gl. adherere. Dicunt. n. ꝙ prima, quæ
erat directa competit, nunc vtilis, vt l. ab hoſtibus. & in
multis locis. Ad iſtum §. poteſt reſponderi, vt exponetur,
ꝙ genus actionis, id eſt, quis modus agendi. Item ad id,
quod dicitur, ꝙ habet ſpecificum tractatum ſpecialem.
Reſpondeo, quia eſt pretoria, & licet quãdoq; ſit realis,
quãdoque perſonalis, ponitᷣ hic inter reales, quia princi-
paliter competit pro rebus magis, quam pro actionibus
perſonalibus, ut infra patebit. Itẽ ad id quod dicitur, ꝙ
non poteſt dici prima reſuſcitari, poteſt dici, ꝙ non re-
ſuſcitatur proprie eadem, ſed quedam alia, quæ primo
erat directa, & forte ciuilis, nunc vtilis, & pretoria. Vel
dic, ꝙ in illa eadem inſufflatur ſpiritus vitæ: & hec eſt in-
tentio gloſſarum, & fictione legis eſt eadẽ, ſicut uidemus
poſtliminio, qđ fingit viuum mortuũ, & econtra, & pa-
trẽ & filiũ, & teſtatorẽ, & heredem eaſdem perſonas. ff.
de cap. quaſi per totum. ſupra de inutili. ſtipulationi. §. ei
quoque. Concluditur ergo, quod reſciſſoria non eſt, niſi
8 cognomen actionis. † Queritur ex hoc, an ſi huiuſmodi
actio ſit reſtituta, dicatur natiua, uel datiua. Iac. de Rau.
& Petr. de Bellaper. dicũt datiuã, quia non habet ſufficiẽ
tem materiam, ex qua naſci poſſit ad inſtar interdictorũ
quorum bonorum, & quorum legatorum. Hec queſtio
dependet à precedenti, quia ſi in prima actione inſuffla-
tur ſpiritus vitæ, & eadem reſtituatur erit talis, ſicut erat
prima natiua, vel datiua. vnde cũ reſtitutio reponãt om-
nia in primũ ſtatum, vt l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de
minoribus dicendum eſt, ꝙ dominia, & obligationes re
ſtituuntur, ex quibus iſta naſcitur, ſuppoſito, ꝙ prima nõ
9 reſtituatᷣ. Itẽ † queritur an hec actio reſciſſoria cõpetat
pro immobilibus. Et non videtur, quia quandiu actio pri
ma ducat, nõ datur reſciſſoria, vt l. ab hoſtibus. C. de cap.
& poſtlimi. In rebus aũt immobilib. conſtat, ꝙ nõ perditᷣ
dominiũ directũ per preſcriptionẽ, imo nec vtile, ſi poſ-
ſeſſor fuit malæ fidei, vt conſueuit dici, iuxta authenticã,
niſi. C. de bonis maternis, ergo non eſt locus reſciſſoriæ,
ex quo prima durat. Et nihilominus vr̃ cõpetere pro no-
minibus, ſeu actionibus perſonalib. qa illæ preſcriptio-
nes non tolluntur, cum tempus non ſit modus tollendæ
obligationis. ff. de actio. & obligatio. l. obligationum fe-
re. §. placet. Doctores dicunt contra, ꝙ hec reſciſſoria
cõpetit pro rebus mobilibus, quia in illis perditᷣ directũ
dominiũ per vſucapionẽ. C. de pactis. l. traditionibus. Et
10 de hoc non fuit dubitatũ. Item † pro immobilib. & per-
ſonalibus, quia in immobilibus non durat quandoque
actio directa, nec perſonalis aliqua. Verbi gratia, minor
vẽdidit rem immobilẽ cum decreto, dominiũ fuit tranſ-
latum, nulla remanſit actio. C. ſi aduer. donatio. l. fina. Si
minor reſtituitur, oportet, ꝙ habeat reſciſſoriam, vel ſi
forte liberauit debitorẽ per acceptilationem, oportet, ꝙ
detur reſciſſoria, impetrata reſtitutione. C. ſi aduerſus
tranſaction. l. 1. & 2. ſecũdũ Petrũ, & hoc probatur ſecũ-
dum Iacobum per legem. C. de poſtliminio. l. ab hoſti-
bus, ibi enim loquitᷣ de vſucapione, liberatione, ac pre-
ſcriptio-

ſcriptione. Idē tenet Dynus. Ad contraria reſpondetur, quando dicitur ꝙ in pręſcriptione rerū immobilium, remanet directū dominiū, ſic directa actio, & ī pſcriptione perſonarum, remanet prima actio. Reſpondeo, qa ſuppoſito, ꝙ hoc ſit uerum, nihilominus eſt obſtaculū exceptionis. Et aliud, qa in rebus immobilibus, utile dominiū pręferē directo, ut l. ſi qs emptionis. C. de pſcrip. 30. ann. quę omnia remouentur per prætorem: ideo dicitur reſciſſoria, quia dominium inutile, reddit utile, ſm Ia. & Dy. Pe. uero reſpondet per interēptionem, dicit enim, ꝙ in rebus immobilibus perditur directū dominiū, per pſcriptionē x. vel xx. ann. per l. eum q ędes. ff. de uſuca. Itē dicit, quòd quāuis olim tēpus nō eſſet modus tollendæ obligationis, tamē hodie eſt, unde lex dicit actionē tēpore extingui. C. de præſcr. 30. ann. l. ſicut. In hoc tñ bene cōcordat, quòd ſi poſſeſſor malęfidei tenuerit p 30. annos, ꝙ ex hoc dominus nō perdit dominium, nec rei uend. & ſic hoc caſu uī uelle, ꝙ nō cōpeteret reſciſſoria. Sed dic, ꝙ imo competit, ꝑpter remotionem obſtaculi, ut ſ. dixi poſt Iac. & Dy. ipſe uero Pe. q̄rit hic de quadam ratione diuerſitatis, quare p pręſcriptione 30. ann. in ma'ę fi. poſ. nō perditur dñium, neq; uēdicatio, & tñ pditur pſonalis actio, debito-

11 † re malæfidei pſcribēte. Reſpondet, ꝙ dominiū nō pdit niſi alio acquirēte, ut l. deniq;. & l. nec utilē. ff. ex qui. cau. ma. idcirco cū malęfidei poſſeſſor, nō acquirat dominiū, ſemper penes primū remanet. Sed obli. pſonalis bene poteſt perdi, licet nulli quęrat, & liberatio cōtingere pōt; ideo poteſt perdi, & tolli pręſcriptione. Per hoc poteſt reſponderi ad aliā quęſtionē. utrū hæc actio ſit utilis, vel

e directa. e Super qua gloſ. dicunt, ꝙ eſt utilis, ut hic notat, & ī multis locis. Et tamē patet, ꝙ qñq; eſt directa, qa ubi remanet directa penes illum, qui reſtituit, & remouetur obſtaculum, ꝙ eā reddebat inutilem, tunc eſt directa: Sed ubi prima erat penitus ſublata, tunc reſtituta eſt utilis, & hoc poteſt ꝓbari, quia utiles actiones nō formātur a prętore, nec a iureconſult. quando directæ remanent. ff. ad Treb. l. ſi hęres inſtitutus. q̄ tamen alias formarent, & cōpeterent, eo. ti. l. ex aſſe. ſecundum Dy. Sic in ꝓpoſito; ex quo directæ cōpetunt, nō eſt neceſſe dare utile. Quæritur ulterius, uſq; ad qđ tēpus cōpeteret? Ad hoc dicas, ꝙ

12 duplex † eſt iudiciū, reſcindēs, & reſciſſoriū, ſicut in ſuperioribus dictum eſt. De iudicio reſcindenti, fuit opiniones, qñ fuit lęſio in tēpore, qa ſi in cōtractu, vel alias nulla eſt opinio, qm olim intra annū, hodie intra quadriennium, ut l. fi. C. de tēpo. in inte. reſti. Sed ubi ī tēpore fuit læſio, ſunt opiniones. Quidam dicūt, ꝙ daī quadrienniū, etiā ſi lęſio ſit minoris temporis. Bul. & gl. dicūt, ꝙ ubi lęſio fuit maior quadriennio datur quadriēniū, ſi minor nō dabitur, niſi tantū tempus, quantū læſus fuit, & itra illud tempus debet petere reſtitutionem, alias non auditur, ut not. ff. quibus cauſ. maio. l. nec nō. ſ. ſi quis ſæpius: & l. ſed ſi per prætorem. ſ. quoties. Hāc opi. ſequitur. Dy. hic reputans abſurdū, & ſi aliquis lædatur una die, ꝙ poſſit reſtitui uſq; ad quadriēniū p leges, quas glo. alleg. in dicto ſ. quoties. Petrus de Bellap. tenet contra, dicens, ꝙ læſus etiā in una die, reſtituetur uſq; ad quadriēniū, ſed nō reſtituetur illi, niſi una dies, & ꝓ hoc facit l. debitrix. ſ. ſi ꝓ eo. ff. ad Velleia. ibi enim dicitur, ꝙ poſt reſtitutionē habebit tantū tempus, quantum habebat primo. & hęc opi. eſt

13 canonizata hodie, extra de in itteg. reſt. c. 1. in cle. † Non obſtat ſ. ſi conditionalis. qa ibi nō agitur de reſtituendo tempore, cū ibi nulla fiat reſtitutio temporis, ſed de ipſa re, ꝓ qua cōpetit actio abſq; reſtitutione, ideo nō mirum, ſi tempus currat. Sed hic non competit actio cū effectu, uſque poſt reſtitutionē, & ideo ante non currit. Et facit ff. quando actio de pecu. eſt an. l. 1. ſ. annus. hęc autē non ꝓcedunt, ubi quis fuit læſus per abſentiā, & habuit tēpus ſufficiens poſt reuerſionē, nam tunc nō reſtituitur, ut dixi ſupra in opini. Mart. Quid ſi reſtitutio fuerit cōceſſa poſt quadrienniū? Videtur quòd teneat, quia ſentētia lata contra ius litigatoris, tenet. ff. q̄ ſenten. ſine appel. reſcind. l. 1. ſ. itē cū contra facias. de reg. iur. l. pręſes. & l. cū prolatis.

Dynus tenet cōtra, per l. ff. de excu tu. l. ſcire oportet. ſ. cōſequens. & facit qđ no. C. de iud. l. properandū. ubi dicitur, ꝙ ſentētia lata poſt trienniū nō tenet. facit extra de app. l. ſi app. in Cle. & l. fina. C. de temp. in integ. reſtitu. & hoc de iudicio reſcindēti. Videamus nūc de reſciſſoria.

